

Sammelbd. u.

N.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.

DISSERTATIO JVRIDICA,
QVA JVRA GENVINA

DE

RENVNCIATIONIBVS
FILIARVM,

CLAVSVLIS SVCCESIONIS
RESERVATIVIS, HARVMQVE VALORE

ET
SVCCESIONE HANOICA

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DN. WILHELMO,

HASSIÆ LANDGRAVIO, RELIQ.
COMPETENTE,

CONTRA IMPVGNATIONES

DOMINI SENCKENBERGII.

AUSPICIS

ACADEMIÆ RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI,
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DN. FRIDERICI,

HASSIÆ LANDGRAVII, RELIQ.

PRÆSIDE

JOH. VLRICO CRAMERO,

J. V. & PHIL. D. PROF. JVR. ORD.

DIE XXXI. DECEMBER. A. MDCCXXXVI.

PVBLINE IN AUDITORIO ICTORVM VINDICANTVR,

RESPONDENTE

ADAMO FRIDERICO DE KEVDELL,

EQUITATE HASSIACO,

MARBVRGI, TYPIS PHIL. CASIM. MVLLERI.

DILEXERAT TATTOO PARISIIC
GA JARV GENAIN
RE
REINUNCIATIONIBAS
FELTIA RUM
CLAVAS MUS SACCESSIONIS
REVERATIAE HARMOVA AVALORE
SACCESSIONIS MARANTIA
MARANTA DISP. X. n. 31.

Cum habeamus communem opinionem, quam sequuntur tot excellentes Doctores, non debemus ab ea recedere propter novam Phantasmum unius Doctoris. Alias Judex, qui omittit communem opinionem adhaerendo opinioni singulari unius Doctoris, facit litem suam.

DOMINI SENCKENBERGII.
DN. L. RIDERICI.
Joh. ARIGO CREAMERO.
ADAMO FREDERICI DE READELI.
MARENBERG T. H. C. V. S. W. M. A. F. E. R.
R. A. T. O. N. D. S. T. A. R.
P. A. R. I. C. E. I. N. A. D. I. O. R. I. O. I. C. O. V. I. N. D. I. C. A. N. T. A. R.
D. A. E. X. X. V. D. E. C. E. M. B. R. A. M. D. C. C. X. X. V. V.
H. A. S. S. E. F. A. N. D. G. R. A. U. L. R. I. L. I. G.
S. E. R. V. I. S. M. I. T. R. I. V. O. L. I. S. A. C. D. O. M. I. N.
A. C. D. D. M. A. R. E. S. S. O. R. A. M. A. C. C. U. S. S. I. M. A.
C. O. M. I. R. A. M. A. C. C. U. S. S. I. M. A. C. O. M. I. R. A. M. A. C. C. U. S. S. I. M. A.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,
DOMINO
WILHELMO,
HASSIÆ LANDGRAVIO,
PRINCIPI HERSFELDIAE,
COMITI CATTIMELIBOCI, DECIÆ,
ZIEGENHAINÆ, NIDDÆ, SCHAVMBVRGI
ET HANOVIAE,
&c. &c.

POTENTISSIMI SVECORVM
REGIS,

HASSIÆ LANDGRAVII,
IN TERRIS HEREDITARIIS
VICARIO,

EXERCITVS EQUESTRIS FOEDERATI BELGH
GENERALI LOCVMTENENTI,
LEGIONIS PRÆTORIANÆ DESVLTORIAE
CHILIARCHÆ,

NEC NON
OPIDI TRAJECTI MOSANI
SVPREMO PRÆFECTO BELLICO,
&c. &c.

PRINCIPI AC DOMINO
LONGE CLEMENTISSIMO.

GEREMISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINO
WILHELMO.
HASSE LANDGRAVIO.
PRINCIPI HERSELDIE
COMITI CATTIMERBOGI DECEIVE
SCHWABENIAE NODUS SCHWABARIAE
ET HANOVIAE.
REGIS
HASSE LANDGRAVII
IN TERRIS HEREDITARIIS
VICARIAO.
LUXORIATIS BOAVSTIS LOUDERBACHI BEGEN
GEMERIAI LOCUM PENDUENSIA.
LEGIONIS PRETORIANE DESULTORIAE
CHIURRGIAE.
OPTIDI TRAJECII MOSANI
SAPRIMO PRAEFECTO EQUITO.
PRINCIPI AC DOMINO
LONGE CLEMENTISSIMO.

**PRINCEPS SERENISSIME
DOMINE
CLEMENTISSIME.**



antæ sunt virtutes
TVÆ, quibus in-
ter Principes ævi
nostræ, quidni & Se-
culorum præteritorum? non
minus in pace quam bello e-
mines, ut eæ in admirationem
rapiant omnes, ad quos fama
earundem pertingit. Cum
ipse Tullius fateri cogatur
se verba reperire non posse,
): (2 qui-

quibus tanquam vivis coloribus easdem depingat; ego profecto, cui verborum copia non est, summe temerarius forem, si ad eas deprædicandas animum appellere auderem. In his non postremum locum sibi vindicat justi ac æqui Amor, qui tam in Republica administranda, quam in Bello gerendo actionibus Principum ac Heroum omne conciliat decus. De eo dubitare non erubuit SENCKENBERGIVS, cui in Academia Gottingensi extra

extra ordinem Jura docere
datum est, in Dissertatione ibi-
dem ventilata conatu temera-
rio Jura Successionis Hanoi-
cæ Pacto & providentia
Majorum SERENITATI
TVÆ quæsita impugnans, &
ne nihil dixisse videatur, re-
cepta apud Doctores Juris
Principia a Præside hujus Dis-
sertationis demonstrativa ra-
tione stabilita suggillans. Ne-
cessitatem respondendi hoc
ipso eidem imposuit: fieri au-
tem non potuit, quam ut cau-
sam

sam suam privatam agens
TVA etiam PRINCEPS
SERENISSIME, DOMINE
CLEMENTISSIME, Jura
attingeret, quatenus SENCKEN-
BERGIVS ad ea impugnanda e-
vertere conatus est principia
istis faventia. Mihi igitur, qui
haud postremum felicitatis
meæ partem agnosco, quod
sub cœlo Hassiaco auram du-
cere divina providentia jus-
sit, impense gratulatus sum,
quod hujus Dissertationis pu-
blicæ defendendæ copia mihi
facta

facta fuerit. Quod si pro ea,
quæ TIBI est, PRINCEPS
SERENISSIME, Clemen-
tia hunc meum conatum SE-
RENITATI TVÆ non dis-
plicere intellexero; me abun-
de felicem per vitam omnem
deprædicaturus sum, quippe
hoc indicio certissimo persua-
sus, me in TVA gratia o-
mne præsidium reperturum.
Quod supereft in pia vota ef-
funditur animus. Servet TE
Deus, PRINCEPS SERENIS-
SIME, DOMINE LONGE
CLE-

ADIV. LTR. DE READELL

CLEMENTISSIME, ut sub
Regimine providæ Curæ
TVÆ a POTENTISSIMO
REGE, PRINCIPE ac DO-
MINO NOSTRO, commis-
so floreat HASSIA, & de no-
vis in dies lætetur incremen-
tis! Ita vovet

PRNCEPS SERENISSIME,

DOMINE CLEMENTISSIME,

SERENITATIS TVÆ

Marburgi Cattorum

D. xxii. Decemb.

A. O. R.

M DCC XXXVI.

*Humillimus & subiectissimus
servus*

ADAM. FRIED. DE KEVDELL.

ERRATA TYPOGRAPHICA POTIORA.

Pag. 3. lin. 6. lege masculino extincto. pag. 6. l. 7. leg. cujuscunque sexus. pag. 10. l. 18. pro improbe, leg. improle. pag. 13. l. 11. pro fine, leg. fine. pag. 16. l. 2. pro transert, leg. transvert. §. 7. l. 1. pro sum motum, leg. summotum. pag. 21. l. 1. pro conditionis, leg. conditionis. pag. 24. l. 7. pro cesset, leg. cessat. pag. 25. l. 19. leg. simile non videtur, pag. 27. l. 11. pro conjectari, leg. conjectare. pag. 33. l. 6. pro defissit, leg. desistit. pag. 60. l. 18. pro SENIORE leg. SENIORI. pag. 81. l. 23. leg. ratio autem juris. Reliquis pasim forsitan occurrentibus **BENEVOLVS LECTOR** veniam dabit.

ERRATA TYPOGRAPHICA POTOSIA.

L. 55. 155. S. 1. ff. de Reg. Jur.

*Non videtur vim nec dolo fa-
cere qui suo jure utitur.*

venienti capite



DISSERTATIO JVRIDICA.

C A P V T I.

D E

RENVNCIATIONIBVS FILIARVM
CLAVSVLIS SVCCESIONIS RESERVATIVIS
HARVMQVE VALORE.

§. I.



quidem in Dissertatione de Pacto He-
reditatis Renunciata reservativo §.
24. propositionem : *Filiæ reservá-
tricis heredes conditione existente in
portione renunciata filias ultimi ma-
seculi excludunt, jam jam demon-
stratam dedi, candemque in Scholio
subjuncto contra illa que a GVND-*
LINGIO, BOEHMERO, & FLEISCHERO obmota, in
tuto collocavi. Atat videoas Dominum SENCKENBERGIVM

A

ir

in Disquisitione, qua Filiam ultimi Gentis sue in Regnis & Principatibus privative succedere, Gottingae modo præterlapsi Mensæ Augusto deducere annis, tenebras ut offundat luci omni nisu laborare. Quin & quod mireris, sibi persuadet se arcanorum suorum recludere thesaurum, cum tamen non propinet, nisi quæ HVSMANNVS apud BE SOLD V M (a) olim jam apposuit, & GVND LINGIVS recoxit(b); adeoque crambem bis coctam. Quam insipida vero ea sit, jam KELLENBENZI VS HVSMANN V M convictit(c), & Dissertatio nostra neminem dubitare finit, cui gustus non depravatus. Totum Opus Volusianum in C. VII. distributum, quorum Sextum de Renunciationibus filiarum clausulis successionis reservativis harumque valore, & Septimum de successione Hanoica agit. Atque hæc duo sunt, quæ pomum eridis in se continent. Cætera enim principia saltem suppeditant, quibus suam superstruit sententiam, quæ partim vera, quamvis ab aliis dudum occupata & ad nauseam usque ruminata, partim ita comparata, ut si transeant, nos in Disquisitionis hujus valore trutinando non morentur. Sic quid ad nos successionis ratio apud Græcos, qua integræ C. III. pertractata. Cur non etiam successioni apud Ebraeos peculiare caput destinatum? Multo magis hocce ad ostentationem Censori fuisset: nam & Rabbinica allegare potuisset, quæ JCtis minus familiaria quam Græca, quin imo multi forsan ipsum supra nubes ambulare & solum sapere credidissent, si legisent: *Choschen Mischpat Hilchos Nachlos Siman 276. Saif. 1.* סדר נחלות בך מ שמת בנו יורשו. Sed age ad rem progrediamur.

(a) Consil. 14. p. 385.

(b) in Disput. de Renunc. Hered. Filiar. Illustr.

(c) Quæst. 20, ap. Schilt, p. 790.

§. II.

A. §. 70. usque ad 76. Dn. CENSOR afferit, *Renunciaciones & Reservationes superflui quid fuisse.* Si quæsiveris ecquæ ratio? illa huc redit, quod eum saltem in finem introductæ fuerint, ut quæ in se plana erant, veluti successionis masculorum cum exclusione filiarum & regressus stemmate masculino ad bona renunciata, a litibus non necessariis vindicarentur. Adesdum, Musis tuis gratulor tam gloriosem rationem! Precario supponis masculorum successionem cum exclusione filiarum recepto Jure Romano in se planam fuisse. En! ipsemet confiteoris §. 72. Jus peregrinum omnia inundasse, & §. 70 JCtos nonnisi peregrinis imbutos fuisse. Quod sane certissimum indicium, ordinario Jus Romanum contra Jura domestica antiqua invaluisse. Ecquis negat, ordinarium præsumi, extraordinarium probandum esse? Utique igitur pro Jure Romano contra Jura antiqua adeoque etiam pro successione liberorum promiscua, contra successionem fratum cum exclusione sororum præsumendum erat. Communis hic novaturientium error de præsumptione pro Juribus Germanicis antiquis contra Jus Romanum, non erat tanquam res confessa supponendus. Quem fugit Jus Romanum a Germanis præter alias causas ob hanc quoque introductum fuisse, quod Germani mores pristinos rigidos & incultos, seu ut **CONRADVS VRSPERGENSIS** ad A. 1175. (d) eos vocat, gentis indomitæ & agrestis, fastidiverint? Eheu vero quot non ab hisce moribus profluxere jura antiqua! Ob idque Juris Germanici illius antiqui contra Jus Romanum defensores a fruge ad

A 20. c. I. q. IV. in glandes

(d) p. 227.

glandes reverti haud absque limato judicio pronunciat Magnus LEIBNITIUS (*e*). An non ergo masculis ad iura antiqua provocantibus admodum probabiliter objici poterat, illa amplius in vigore non præsumi, sed contra filias ad Jus Romanum provocantes eorum observantiam probandam esse? Ex quo appetet item super successionem promiscua non adeo absolute non necessariam, sed potius ob difficultatem probationis admodum incerti eventus dicendam fuisse. Meminisse hic debuisset CENSOR, CAROLO IV. in ipso Pacto confraternitatis Landgraviorum Hassiae & Marchionum Misnia A. 1373. referente ZASIO (*f*), id maximo offendiculo fuisse, quod in Allodiis filia excluderentur. Si dein considerasset A. 1300 & 1400 paucissima Nobilium Franconicorum, Suevicorum & Rhenensium bona avita feudalia fuisse, quod BVRGERMEISTER (*g*) & CASP. LERCH a DVRMSTEIN (*h*) annotarunt; profecto ni in sole caligare voluisset, foeminarum cum masculis ad successionem adspirantium in Jure Romano fundatam intentionem saltem admodum probabilem agnovisset. Ratio proin erat, cur masculi cum filiabus transigerent. At queso quid aliud Renuncatio involvit quam transactionem? Hanc vero lite incerti eventus existente superfluam dicere, perinde est ac eandem negare. Atque idem tene de Reservationibus. Regressus ipsis controversus redditus, quoties eis in quorum gratiam renunciaverant sine masculis descendantibus mortuis, regredi volueret. Claret id in Formula apud Per-Illustrem Dn. de

LV-

(*e*) Scriptor. Brunswic. T. I. p. 79.(*f*) Tom. VI. Opp. L. 2. Conf. I.(*g*) vom Adels-Herkommen p. 304.(*h*) P. II. p. 194.

LUDOLPH⁽ⁱ⁾; vom Ableben meines Herrn Bruders und dessen ehelichen männlichen descendanten/ soll mir und meinen Erben bei allen väterlichen Erb-Güthern das vorbehaltene Successions- Recht dergestalten offen stehen und bleiben / als wenn kein Verzicht vorgegangen / item mit und ohne Recht. Renunciando ergo transigentes feminæ cur superflua egissent regressum in casum masculorum extinctorum sibi expresse reservantes ? Cum sic circa controversiam, quasi re judicata, eundem petere potuerint , juxta l. 20. C. de Transact. non minorem autoritatem transactionum quam rerum judicatarum esse, recta ratione placuit.

§. 3.

Tecum ergo habita & noris mi Optime , sententiam tuam, quod nil novi reservatio det, ferculneam esse. An ignoras, transactionem novam debendi causam constitueret l. 65. §. 1. ff. de Condict. indeb. l. 23. C. de Transact? Qui ergo nil novi filiae per reservationem quæsitum asseris ? Portione renunciata equidem amplius nil petit , & Jus antiquum in ea succedendi quasi renunciatione nunquam facta sibi conservat. At ex alia causa debendi. Non illa controversa , qua regressus multis dubiis erat involutus , sed nova quæ tantum robur habet , ut judicato æquiparetur , nec ullo modo rescindi possit, quæve ut sustineatur , omnem interpretationem fieri debere nemo non concedit (k). Ex eo quoque facile collegeris, non obstat primas, quarum §. 74 mentionem injicis renunciationum reservationibus munitarum Tabulas. Ne fidi-

(i) T. III. Obs. For. O. 247. p. 31.

(k) Boehmer Consult. T. I. p. II. R. 36. 42.

culis enim plus inde extorseris, quam quod renunciatri-
ces Jus ei cuius bonis renunciarunt, succedendi in cer-
tum casum sibi conservaverint. Et in eo præprimis te
fefellit opinio, quando existimas, *reservatricibus ipsum*
Jus commune, reservatione non adjecta minime defu-
rum fuisse. Quod quoad ultimo proximiores equidem sese
ita haberet, si Fratri vel ultimo ex fratre sexus de-
scendanti ab intestato succedendi sibi reservassent Jus.
Sed in eo laboris. Sic dum Anna Leiningensis sibi reservavit
regressum, si nulli ex patre superstites fuerint filii:
Und wer iz daz mein Vater abgängen von Todes we-
gen, do Gott vor sy, und nit sine Enliesse, quod recte
de descendantibus ex filiis quoque intellexeris (1), non
reservavit sibi Jus ultimo ex fratribus vel descendantibus
eorum, sed patri succedendi, *so sollte ich alle mein Recht*
vor mir haben, an mins Vatern Erbe. Quod sane illa
bona non complectitur, quæ a fratribus vel descendantibus
ex iis postea acquisita. Et Jure communi tum heres fratri
vel descendantium ex Testamento succederet. Vnde pa-
tet reservatricem conditione existente ex pacto succede-
re. Idem quoque obtinet, si renuncians in casum cu-
jusque sexus ex fratribus descendantium extinctorum sibi
reservasset regressum. Et tunc cum sibi ad bona re-
nunciata (darzu ich gebohrn were) eundem reserva-
verit, postea a fratribus eorundemque descendantibus
acquisita subintellexisse censeri nequit; consequenter
nec sibi ultimo ex fratribus descendantri cuiusque sexus
ab intestato jus succedendi reservavit. Quoniam igi-
tur jure communi eo in casu heres ex Testamento
ultiui descendantis succedere posset; evidens rursus est
quod reservatrix jus commune sibi non reservaverit. Quid
clarius

(1) Lyncker R. 177. n. 8.

clarius inde, quam quod reservatio foeminae novi quid existente conditione det, quod Jure communi non habet. Cui accedit quod non solum proximiores sed & remotiores regressum sibi reservaverint, quibus dubio procul jus commune deest. Atque id est, quod ultimi ex iis in quorum favorem renunciatio facta facultatem testandi limitat, ut secundum Per-Illustr. Dn. de LUDOLPH (m), reservatrici portionem filialem, quae ipsi competiisset scribendo heredem alium testamento adimere non licet, si vero de fraterna & fortassis anteriorum masculorum hereditate quæstio sit, testamenti factio de bonis ab unoquoque quæstis non impediatur. At jure communi facultas testandi illimitata. Vel ex eo solo tibi innotescere potuisset, Pactum reservativum novi quid dare, nec solum jus antiquum conservare. Etenim si nil inde novi, unde reservatricis jus ultimi facultatem testandi limitandi? Nec quicquam movet quod opponis, *pessime actum fuisse cum illis foemellis, que renunciantes, reservationem non adde-rrant, quod ab origine renunciationum factum.* Sufficit modo de fine constiterit, quod nempe in favorem stemmatis masculini renunciatio facta, zur Erhaltung des Adelichen Stammes und Nahmen. Hoc cessante, per notoriam ipsam renunciationem cessare debere, INGOLSTADTIENSES (n) pronunciant. Nec mirum cum taciti & expressi eadem sit vis. Et quoniam conservatio stemmatis masculini renunciationibus causam dedit, quod non negabis; ab origine ejus solius gratia renunciationes factas esse præsumendum. Cui consequens ab origine renunciationum expressa reservatione opus non fuisse. Postquam

(m) Per - Illustr. Dn. de Ludolph. T. III, Obs. For. O. 249. p. 37.

(n) apud. Schilter. p. 79.

vero aliis finis veluti dotis largioris una vice acceptanda grata renunciationes fieri suevere, ut omnes lites super fine renunciationis, & ratione successionis inde inferenda, uno i^estu tollerentur, regressum expresse reservari intererat.

§. 4.

Sed instat CENSOR §. 75: *Dum nihil exprimitur, ex communibus Juris regulis semper contrahentes se ei accommodare voluisse censendi, quod jus hoc in casu alias statuerat.* Cum autem renunciatrix finem expresserit conservationem nempe stemmatis masculini, vel ipsos masculos, quibus extinctis pro renunciata ulterius habere nolit, quælo te, quid amplius exprimendum? Tripli modo renunciare poterat, vel simpliciter, vel in casum descendantium cu-jusque sexus, vel masculini saltem. Si hoc ipsi placuerat, cur adhuc exprimeret, se non renunciare in casum de-scendentium sexus foeminei? Multo minus ergo se non renunciare in casum, quo ab ultimo masculo filia super-est, exprimere tenebatur. Nonne hoc per se patet? Certe perinde est, acsi dixisses, juramentum minoris corporale super remedii ratione ætatis competentibus præ-stitum, beneficia majorum quoque excludere, veluti querelam l. 2. C. de Rescind. vend. quod non expressum id fieri non debere? Quemadmodum hoc absurdum & v. gr. dicta querela nihilominus adhuc competit, atque ad ean-dem excludendam requiritur, ut expresse minor jurato renunciaverit, quod nec ratione ætatis, nec alio quocunque modo contractum impugnare velit (o); ita similiter in casu præsenti pronunciandum, quod nempe filia successioni in casum masculorum extinctorum saltem renuncians, eidem simul

(o) Lauterbach. Colleg. Theor. Pr. L. 18. T. 5. §. 59. (n)

simul in casum foeminarum ex masculis superstitione non renunciaverit. Dic mihi cur dantur reservationes in casum demortuorum cuiusque sexus descendantium, si sub istis quæ in casum demortuorum masculorum fiunt, etiam hæc in casum descendantium foeminarum mortuarum comprehendendatur? Quod si masculi in huncce adhuc casum renunciatrixem excludi volueret, cur non ut apertius verba concipientur fecere? Renunciatrix hoc non debebat expressisse. Vtique igitur contra ipsos pro renunciatrixe interpretatio fieri debet, secundum regulam vulgatam: *fieri interpretationem contra eum, qui apertius poterat legem contractui dicere.* Inquire hic in casum, quem ad regulam hancce illustrandam format TITIUS (p): *si emtor, inquit, servum rei vendite addi posulet, debetur ille, de quo sensit venditor: arctior enim obligatio in illo non reperitur, licet forte emtor de certo aliquo servo cogitarit, debebat enim hoc expressisse, quod dum non fecit, negligentie sue poenam merito velut luit.* Mutatis mutandis facile hæcce ad casum præsentem applicaveris. Et masculi suæ negligentia poenam luant, quod in renunciatione exprimi non curaverint, ut filia ab ipsis relicta renunciatrixem adhuc excluderet. Vnde nec arctior renunciatrixis a successione abstinendi est obligatio, quam donec conditio expressa masculis deficientibus extiterit. Memento porro Renunciationes, respectu filiarum stricte tanquam odiosas interpretandas esse (§. 96 Diff. I.). Cui profecto repugnat, si ad descendentes foemini sexus extendantur: quoniam verba de masculis saltem concepta id quod INGOLSTADIENSES (q), TUBIN-

B

GENSES

(p) ad Lauterbachium Tit. de Contrah. emt. verb. facienda est interpretatio. (q) c. l. p. 84.

GENSES (*r*), PAVLVS GALLERATVS (*s*), & STRYKIVS (*t*) jam adverterunt. Eo magis quoque extensio præcavenda, quo magis a Jure communi de successione promiscua liberorum receditur. Quid vero huic convenientius, num si masculis defientibus reservatrix exclusa esse definit, & cum filia relicta ad successionem admittitur, an si diutius etiam per filiam masculi ultimi ab eadem exclusa manet? Prius reor. Quod sub finem §. 75. mones, fateor me non assequi. Ita argumentaris: *extinctis masculis, nil nisi id fiat, ut renunciatio non facta habeatur.* Ergo novum Jus filiae tum oriri non potest, ultra id quod Naturæ & Germanica Jura concedunt. Potius contrarium inde sequitur. Quoniam enim extinctis masculis id fiat, ut renunciatio non facta habeatur, ea vero non facta foemina renuncians successura fuisset; evidens est, eandem quoque extinctis masculis ad successionem admittendam esse. Jam vero renunciatrix ultimo masculo improbe mortuo demum succederet, *per concessa.* Ergo fatearis necesse est, extinctis masculis novum Jus filiae oriri, quod a jure communi recedit. Sed hoc ipsum in casu præsenti Jure Naturæ conceditur, utpote quod pacta servari jubet. Ecquis tibi concedet, filiam successionem jure antiquo Germanico competentem sibi reservasse? Reservavit sibi eam cui renunciavit. Renunciavit vero successioni Jure Romano competenti: utpote ab origine Renunciationum moribus Germanorum jure succedendi destituta. Ergo etiam successionem Jure Romano

(*r*) ap. Harpprecht. Tr. Academ. 7. p. 2. R. 6. n. 90.

(*s*) de Renunc. Dec. 33. n. 10. seqq. coll. Paulo Rubeo in Addit. Dec. 33. n. 45.

(*t*) Klock T. 4. C. 13. n. 23. Bruckmann. Vol. 2. c. 3. n. 74. Richter Dec. 69. n. 29.

mano tempore renunciationis competentem sibi reservavit. Sique successionem jure antiquo competentem sibi reservasset, eandem utique agnovisset. Sed tantum abest ut illam agnoverit, ut potius eam ex Jure Rxmano impugnaverit.

S. 5.

Nec hilum movet, quando *in dubio non præsumi*.
ais §. 76., fratres filiabus suis aut posteriorum suorum, quæ
& ipsæ liberorum nomine veniunt præjudicare voluisse.
Idem namque nec de filiabus præsumi Doctores jure optimo maximo statuunt (u). Ec quale jus masculorum supponis o bone? Illud quod legibus antiquis sorores excludendi sibi vindicant, admodum incertum est, quia pro sororibus per superius deduceta militat præsumptio.
Neutiquam ergo filiabus suis præjudicare dicendi sunt,
si cum sororibus transigant, & jus quod prætendunt in casum stemmatis masculini extinti remittunt. Masculis quoque a sororibus fit remissio, dum una cum fratribus ad successionem adspirant, nunc vero masculis extintis demum succedere volunt. Quid si nonnisi vicissim illo remisso sorores transigerent? Incerto sane litis eventui causam relinquere tenerentur masculi, quod vero toti familiae præjudicium inferre posset. Quoniam igitur hujus conservationem curæ cordique habuisse præsumendi, e contrario filias posteriorum suorum curasse præsumendi non sunt. Falleris quoque quando existimas, *negotium renunciationis filie, de quo questio vertitur, cum ob causam non celebratum, ut filia ultimi masculi excludatur.*
Quoniam sub clausula reservativa in casum masculorum

B 2

extin-

(u) Knipschild de Privil. ac Jur. Nobil. L. 3. c. 12. n. 259.

extinctorum celebratum; haec ejus causa finalis fuit ut renunciatrix excludatur donec masculi extinti; consequenter masculis extintis renunciatrix ad bona renuntia-ta rursus admittatur, adeoque filia ultimi excludatur: cum unius inclusio fratum nempe & masculorum sit alterius exclusio (*v*). Hinc non necesse, quemadmodum saepius monui, ut de exclusione filiae ultimo defuncti, expresse quæstio fuerit. Sufficit quod reservatrix ulterius quam masculi superstites adeoque foeminae rursus admittantur, exclusa esse noluerit. Verba generalia debent verificari in qualibet specie sub genere contenta. An ignoras transactione generali controversias sub uno genere comprehensas sublatas censer (*w*)? Quod porro organ-nis, valde decrepitum est, quasi *omnia capienda sint secundum mentem atque intentionem renunciationem recipientium*. Proh hominum fidem, itane cum renunciantibus in favorem masculorum agere jus fasque est! Quid si Masculi renunciationem abdicativam intelligerent? Re-cole memoria quæ GROTIUS docet (*x*): *verba ejus qui conditionem oblatam accipit formam negotio dant, si absoluta & in se perfecta sunt, b. e. si non ad verba conditionem offerentis referantur*. Quis hic est conditionem offerens? An non Frater renunciationem poscens & recipiens? Dumque soror hanc conditionem acceptans, regressum sibi reservat, an non verba ejus absoluta sunt, nec se re-ferunt ad verba offerentis Fratris, qui renunciationem absolute fieri mallet? Et vero sic prona consequentia, non

(*v*) Paris. L. 2. C. 20. 41. Consil. 23. n. 24. Reusner. Consil. 12. n. 65.

(*w*) Baumer T. II. Cons. I. 86. 5. 6.

(*x*) L. II. C. XVI. §. 32. de J. B. & P.

non ex mente renunciationem recipientium sed facientium interpretationem fieri debere. Infirma quoque est ratio, quæ pro regula illa militet, quod nempe *renunciationem recipientes aliquid suis derogare dicantur, renunciantes autem superflua tantum agant.* Hoc præter te tuosque nemo dixerit. Sapit περον ψευδος de certo fratrum sorores excludendi jure: quod neminem seducet, qui renunciations a prima origine æqua lance ponderaverit. Nec abhorret, ut tibi videtur, hæc filie ultimi masculi exclusio a pacientium mente. Erue illam ex ratione finali renunciationis: quod fine tricis fieri potest. Cum eadem familiæ per masculos in splendore conservatio sit; mens renunciatricum, necessario fuit, ut exspirante agnatione in oculis habita, etiam renunciatio simul tota evanescat; sique renunciatrices earundemque heredes pra filiabus ad bona renunciata admittantur. Ita etiam FROMMANN: *cum renunciatis, inquit, indifferenter se suosque filios ad conservandum familie splendorem, hac sua portione privarit, nullus vel communi sensu præditus reputare vel pretendere potest, illam fratris v. gr. filiam in consideratione habuisse, ut ad eam quidquam de sua portione ullo in casu perveniret.* Dein dabo fratres plus intendisse, renunciatricem nempe ab hereditate quamdiu cujusque sexus descendentes superstites, abstinere debere. Minus tamen soror respondit, scilicet quod tantum abstinere velit, quamdiu masculi ex ipsis superstites. Qui casus hercle prorsus similis est ei, quo stipulator plus pettit & promisor minus respondit. Enimvero per §. 5. Instit. de inutil. Stipulat. Stipulatio non subsistit, nisi in quantum idem quæstitum. Hinc nec pactum renunciatiuum amplius subsistit, quam' quatenus renunciatrix fratribus sine masculis decedentibus, aut his extinctis ad successionem admittatur.

B 3 T ob a 11 c 13 R A V tur.

tur. Quid ergo? nonne paciscentium mens sponte patescit. Ipse somniaries crediderim, si amplius adstrueres, *de renunciatricis ultimo masculo extinto ad successionem admissione ne per somnum cogitatum fuisse.* Et somnia; hoc tamen largieris, generalem transactionem etiam ad ea extendendam esse, de quibus forte cogitatum non fuit, si appareat ex verbis & mente transfigentium, eos si de iis mentio facta fuisset transfigere voluisse (y): quemadmodum etiam generaliter verum, pro expresso semper id habendum, quod partes ad interrogationem sic expressissent (z). Certissimum autem est, ajunt TUBINGENSES (a), si foemina renuncians interrogata fuisset, an fratrum filias vel Neptes sibi suisque liberis propriis preferre velit, eam negative responsuram, cum Juris presumptio dicitet, quod nemo alienam sive extrancam sobolem & posteritatem sibi suisque voluerit preferre, suumque jactare. Quamobrem nec putem aliis clausulis nec longe majori attentione opus fuisse in tam gravi contractu, ubi filia excludi debuisset. Quam majorem attentionem, quas alias tibi fingis clausulas? Fratres specialiter renunciatrici stemmate extinto promittunt regressum, nec sine illa speciali permissione soror se transacturam sed eventum litis expectaturam declarat. Quae major attentio concipi potest! sit ita quod de prætensione filiae ultimi masculi nil actum sit. Constat tamen licet in Transactione de certis tantum prætensionibus actum sit, illam tamen ad alias porrigendam esse, si constet contrahentes omnia comprehendere voluisse (b). Inde quoque collectu facile, clausulam successo-

(y) cit. Diff. §. 75. (z) Struv. Ex. 6. th. 60.

(a) in Responso de 15. August. A. 1721.

(b) Joseph. Vrceolus de Transact. Quæst. 81. n. 18. Trentacinq.
Var. Ref. L. 3. Tit. de Transact. Ref. 2. n. 10.

cessionis reservativam non tantum enunciativam & obiter saltem adjectam esse, prout lectori persuadere conaris: quæcunque enim clausula non simplicem assertionem sed specialem promissionem involvit, illa pro dispositiva habenda (c). Atquin ita clausula successionis reservativa comparata: quid quod reciproca ista specialis promissio transactioni causam dedit, cum alias soror transactura non fuisset. Cui addo, ut liberalis sim & concedam quæponis, verba enunciativa, si inter eosdem disponentes prolatæ, & voluntas enunciantis inde liquet, pro dispositivis nunquam non haberi (d).

§. 6.

Vrges porro Jure Germanico in parentis potestate non fuisse in filiarum prejudicium de bonis suis disponere, vel pacto hereditatem alii dare; consequenter nec renunciationes etiam parente aut avo volente renunciantibus aliquid juris contra filiam tribuere potuisse. At falso rursus bona renunciata patris bona supponis. Hoc erat in quæstione, fœminæque ut modo ostendi, in Jure Romano fundatam habebant intentionem. Et quamvis masculi hoc contra Jus Germanicum non valere afferuissent, valde tamen ipsis timendum erat, ne Judices nonnisi peregrinis imbuti secundum Jus Romanum pronunciarent. Causa proin maxime dubia erat. In negotiis dubiis vero suadenda transactio. Quodsi ergo Patri permisum, de ipsis liberorum rebus ex probabili causa transfigere (e), cur non multo magis in casu præsenti Transactio subsistat, ubi Pater adhuc

(c) Boehmer T. II. Resp. 371. n. 9.

(d) Nic. de Passer. de verb. enunc. L. I. Quæst. 3. n. 38. 39.

(e) Boehmer T. II, R. 528.

huc sibi vindicat bona , eademque demum saepe in nascituros , quin posterorum suorum filias transfert . Nunc fas sit addere , quod §. 77. affers exemplum *Illiustris Duxatus Austriae* , de quo *Duci* , cui multo magis circa terras suas ac cuiquam in Germania licet , permisum non sit , iurâ filiarum vel in re minima subvertere , ad Rhombum ut Accursii verbo utar , non pertinere . Supponit illud bona non litigiosa , renunciata vero de quibus hic quæstio , litigiosa erant . Amabo doce convenientiam ! Non ergo stat , sed ruit , nec velle nec posse eum in cuius & posteritatis favorem renunciatio fit , renuncianti aliquid tribuere , unde filiabus prejudicium succrescat . Ut taceam de alia læsione filiam ultimi masculi queri non posse , quam quæ omni transactioni ineſt , quatenus nempe queavis remissionem juris continet , per vulgata .

§. 7.

I nunc & firma sum motum argumentorum tuorum ex legibus antiquis depromtorum nexum . Visus tibi fuit arctus , in examine vero admodum laxus repertus . Sit colligas sarcinulas , novitatis , ut ais , odoris vel mavis foetoris evitandi causa , ad quorundam summorum Juris Consulitorum autoritatem confugiens ! parum praefidii ibi inveneries . Tua equidem inibi in id evecta deprehendes , super quod ascendere non possunt , at quam nihil nec eo secius conficiant , jam in Diſs. II. invictis evici rationibus . Quid igitur cum nihil his omnibus reponas adhuc hæres ? Et meæ sententiae patrocinantur , quibus nemo jus suffragii negaverit . Evolve Dissertationis meæ secundæ §. 24 ; magno numero tibi occurrent . His junge , ZASIVM(f) , CRAVETTAM(g) , MYNSINGERVM(h) , GYL-

(f) Cons. I. L. 2. n. 2.

(g) Cons. 127. n. 3. 4.

(h) Decad. X. Resp. 97.

GYLMANNVM (i), KNIPSCHILD TIVM (k), FROMMAN
NVM (l), SCHWEDERV M (m), HERTIVM TVVM (n).
FACVLTATEM INGOLSTADIENSEM (o), STRYKIVM (p) &
sexcenos alios. Ohe Bellator, quam infirmæ, quibuste
circumdedisti, sunt copiæ! imo iis omnibus vel unum
LVDOLPHVM pro ea qua in Foro pollet autoritate maxima
opposuerim. Prome ejus verba (q), & Tu Lector
ad singula attende: *Filia*, inquit, *renuncians paternæ,*
materne, fraternæque hereditati reservat successionem, se
fratres sine masculis decesserint. Abeunt e vita fratres re-
licitis filiabus. Alter et fratribus masculos liberos susceperebat,
sed patri præmortuos. *Integrum esse jus filiæ renuncianti,*
ejusque heredibus non est dubium, neque per nativitatem
masculorum, quibus pater supervixit excludi, juri est con-
sentaneum, KELLENB. Quæst. 18. & §. 15. *Consueta ali-*
cubi est filiarum renunciationis formula bis auf einen le-
digen Anfall; *Filiæ quidem fratrum renuncianti præfe-*
rentur, sed non filiæ. Et hunc sensum esse illius formulæ
tradit, KELLENBENZ. Quæst. 19. Ulterius Vir Peril-
lustris not. (u) f. 95. *Quid si, ait, in renunciatio-*
ne fratrum tantum facta sit mentio, & cum filiis fratrum
stirps masculina defecerit, an filiæ, quæ renunciat, jus
reviviscet? Affirmandum existimo, cum eadem utrobique
sit ratio &c. Quodsi jam porro LYNCKERI Responsum
CXXXIII. quod in not. (u) JCtus consummatissimus lau-
dat, attenta mente pertractaveris, & veritatis patiens sis,

C

causæ

(i) Symphor. T. 4. P. 1. not. 7. n. 33.

(k) de Nobilit. L. 3. c. 12. n. 249. (l) in cit. Disp. th. 24. & 75.

(m) Conf. VI. Conf. Tubing. Vol. VI. (n) T. I. R. 514.

(o) ap. Schilter. p. 71. & ap. Anton. Maria de Chlingensperg

Conf. 24. (p) de Success. ab Intest. Disp. VIII. §. 93. 94.

(q) de Jur. Fœm. Illustr. f. 84. §. 14. seqq.

causæ tuæ patronorum ratiunculas admodum febriculosas
publice fatearis necesse est. Præprimis vellem ad GVND-
LINGII notitiam DONAVERI Patris Respondentis sui
Consilia XXXVII. & XLIII. præsertim pervenissent, is-
que cum argumentis ex Jure recepto ibi allatis sua exilia
in æquitate cerebrina & Jure suspecto fundata comparas-
set, næ cognovisset, quid distent æra lupinis. Tibi vero
adhuc aditus ad ea patet. Ruspere ergo quæ ibi deducta,
mentem tamen simul abstrahe a commentis quibus dele-
ctaris. Cæteris tuis Palladiis illud citati Responsi LYNECKE-
RIANI oberto: *Es sind doch die mehreste Rechts- Lehrer anderer Meinung/ daß die renunciantes in du- blio, wenn nicht solche ausdrücklich der Succession auch auf andere/ denn die männliche Erben sich begeben/ zur Succession in Mangel oder Abgang der männlichen Erben müssen gelassen werden; insonderheit bey vorhandenem pa- ßo conservanda familiae &c.* Atque sic a TVBINGENSI-
BUS d. 15. August. A. 1721. opposita Illustris COCEJI
autoritas elisa: *Was endlich/ ajunt, die Doctrinam sin- gularēm Dn. Cocceji in Disp. de Renunciat. Reservat. Fi- liar. Illustr. §. 16. & 17. anbelanget/ so finden wir der Ur- sachen/ als es hauptsächlich vermahlen darauf nicht an- kommt/ nicht nothig/ weiter darauf zu antworten/ als daß die wiedrige Meinung communissima, in praxi & summis Imperii Judiciis nicht nur recipiēt/ sondern auch optimis rationibus unterstützt ist/ so daß nicht zu zweifeln/ es werde in inclyto summo Judicio Came- rali auch darauf noch weiter gesprochen werden.*
Prout etiam bonus Judex non falsis dubiis & suspectis Do-
ctorum traditionibus, neque etiam generalibus, propo-
sito facto male accommodatis brocardis & regulis, sed
vel claris juris textibus, vel ex jure ceu arte æqui & boni,
deprom-

depromptis immotis rationibus inniti, & ad speciem propositam descendere solet, & de jure tenetur, minus curans, quod tales concludentes rationes non intrent in captum aliorum hominum & adversa partis: ex monito ERNESTI COTHMANNI (r), JOHANNIS a SANDE (s), & TABORIS (t).

§. 8.

Pergamus cum Adversario. Nonne, inquit, si ab omnibus aliis argumentis abeas, longe magis naturæ convenientis videbitur, in eo qui ultimo possedit subsistere, quam ad eos qui jam diu defuncti recurrere, & de successione illorum questionem esse contendere? Non putem. Doleo quod de principio Naturæ, cui id repugnet, altum sileat. Cum vero supra mysteria sua pandere promiserit, inde apparet, quod nullum sciat. Ego Naturæ convenientissimum judico servari pacta. Hisce vero repugnat in ultimo masculo subsistere, cum pacto in ejus obitum ad bona renunciata renunciatrici reservatus sit regressus. Egregie HERTIVS (u): in casum masculorum non extantium filiabus renunciatis successio tacite reservata censetur propter ipsam æquitatem, ne officium renunciando in favorem agnationis exhibatum, eo cessante, fiat renuncianti ejusque heredibus damnosum,

Arg. L. 7. ff. Testam. quemadm. aper.

cum tamen omnem actum ita nos interpretari oporteat, ut res reducatur ad æqualitatem,

C 2

GRA-

(r) Vol. I. Resp. 6, n. 160. cum seqq. Resp. 18, n. 29. 4.

(s) in Dec. Frif. L. 2. Tit. 3. Def. 6. in fin.

(t) in Resp. 4. in princ. de substit.

(u) c. l. n. 18.

CRAVETTA Conf. 133. n. 7. & seqq.

JOSEPH. CEPHALVS 4. Conf. 545. n. 15.

& evitetur irrationalib[us]

addatur post alios HEESER Part. 2. de Acquest. Cons-jug. Loc. 20. n. 157.

Hucusque Jurisconsultus magnus.

Certe *αβλεψας* reus foret, quisquis sufficere existimaret, quod bona ultimo possideat: cum non nisi jure reservaticum salvo eadem possidere queat, utpote quod bona renunciata semper afficit. Parum quoque refert, *quod ultimus masculus bona renunciata ut Dominus inter reliqua possideat*. Est enim revocabile saltem quod ipsi competit dominium, per demonstratā §. 30. Diff. II. Atque pro tali ab Augustissimo Camerā judicio referente Per-Illustri Dn. LVDOLPHO agnatum (w). Et apage consequentiam: Ticius bona Sempronii crevit. Ergo ipsius plene propria facta. Eandem concludentem non esse, jam apud REVSNERVM (x), Facultas Juridica Jenensis pronunciavit. Haud sane absque vero: bona enim renunciata, prout quoque GIPHANIVS adverdit (y), ad quemcunque devoluta, cum onere transeunt. *Ita vero, regeris, aliud nobis comminiscendum, quam quod ultimo defuncto succedatur; fictiones vero comminisci, est naturae vim inferre, que hujusmodi commentis longissime petitis inimicis, non nisi, que plana ac simplicia sunt sectatur.* Ast ignoscat mihi gravitas tua, natura propitia fingi potest. Nonne ficta uxoris & mariti unitas personæ conveniens naturæ? An huic repugnat integras gentes ad instar personarum singularium considerari, harumque jura & obligationes dein ipsis applicari? Sed quorūsum hæc? cum fictiones explorati

(w) O. For. T. I. p. 90.

(x) Conf. 12. n. 90.

(y) de Renunc. ap. Schilt. p. 53.

rati Juris communis positivi sint. Quo refer conditionis resolutiva effectum, qui est ut negotium quamvis perfectum ab initio nullum fингatur, per Jura tritissima. Nam considera si quid unquam considerare potes! Regressus reservatio nil est, quam conditionis resolutivae renunciationi facta adjectio. Inspice formulam apud Per-Illustr. Dn. de LVDOLPH (z): Besagten Dominii und Erbschafts-Rechts begebe mich keinesweges auf ewig und länger / als bis auf Absterben meines Herrn Bruders und dessen ehelichen männlichen Descendenten von deren Ableitung mir und meinen Erben bey allen Väterlichen Erb-Gütern das vorbehaltene Successions-Recht dergestalt offen stehen und bleib' ben solle / als wenn Verzicht niemals vorgegangen. Coecus etiam hic, ni fallor, conditionem resolutivam videre posset. Quæ cum ita sint, certum manebit ac immorum, quod judicat HERTIVS (a): *in casu existentis conditionis resolutive renunciationem penitus extingui & a suo primo initio, quo facta pro non facta habendam.* Indeque tuto confeceris, quod HARPRECHT cum PHILIPPO MATHÆO infert (b): *filias, quæ renunciarunt, in portione a se renunciata, non ultimo ex masculis defuncto succedere, sed ei, cuius hereditati renuncianti delatae, renunciatione quondam facta fuit.* Est adeo Successio hæc conditionis resolutivæ effectus. Aut ergo conditionem resolutivam neges, aut Successionem hanc concedas necesse est. Quoniam igitur illam §. 75. agnoscis verbis: *quoniam etiam cum secundum expressa verba omnium fere renunciationum, extinctis masculis nil nisi id fiat, quam ut renunciatio non facta habeatur;* deridiculi magis nil quidquam excogitari potest,

C 3

(z) Obs. For. T. I. p. 84.

(a) T. I. R. 105. n. 3' (b) Vol. I. Conf. II. n. 215.

potest, quam quod consecutarium prono alveo inde fluens, neges. In yanum quoque abit, quando occinis, magna fictione opus, si Titius obiisse dicatur, & tu tamen credere debeas defuncto Titio non de ejus sed Seimpro-nii haereditate questionem fore. Amabo ostende majori opus esse, quam tunc quando existente conditione Pacti additionis in diem vel Legis Commissoriae, vendor semper Dominus fuisse fingitur, quasi Dominium nunquam ab ipso discesserit, cum tamen emtor pendente conditione, Dominio rei venditæ & traditæ gavifus (c)! Præterea scire te velim, cum fictione Legis Corneliae patri in captivitate mortuo ita succedatur, quasi in puncto captivitatis adhuc liber & civis mortuus fuisset, cur non etiam stemmate masculino extincto, patri cuius bonis renunciatum, ita succidi queat als wennder Herr Batter erst gestorben / ut verbis TÜBINGENSIVM apud BESOLDYM(d) utar. Si disparitatem demonstraveris, vietas tibi dabo manus. Mihi fictiones haec tam similes sunt, ac vix ovum ovo similius. Tantum igitur abest, ut finis quem §. 79. sequenti asserto imponis: certe non aliud Jus Sororibus aut reliquis remotioribus hic natura concessum est, atque alias in fratribus aut nepotis hereditate datur, opus coronet, ut potius confirmet, sicut parturientis cor tuum phantasias pasti. Non enim naturæ, sed tibi pœta frivola sunt.

§. 9.

Quæ haecenius disputavimus, voto te tuo excidisse ad oculum demonstrant. Quæ vero §. 80. profers, me voti reddunt compotem. Nil magis enim in votis habui, quam

(c) Lauterbach. in Colleg. Theor. Pract. L. 18. Tit. 2. §. 110.
Tit. 3. §. 10. 11. (d) Consil. 171. n. 250.

quam ut sententiam cui subscribo, communem esse concederes. Gratias ergo tibi debo, quod id non dissimilaveris. En ergo mi Lector reum confitentem! Condemnarunt ipsum jam SCHILTERVS (e), & cum eo LINCKIVS (f), communem interpretum consensum adhuc hodie vim Juris habere propugnantes. Cui eo magis hic locus, quod sententiam nostram communem cum SCHILTERO de conformi, non de ea, quam vulgo ex Septenario numero astimant, intelligas, dum te centurias JCtorum pro ea coacervare posse asseveras. Egregia sane confessio! Nec quicquam te juvant argumentula, quibus ipsam impugnas. Cujus ea valoris sint, disce ex MARANTA, cuius verba eam ob causam in limine Dissertationis repræsentavi, ut a primo capite statim usque ad extremum phantasie tuae frena injicerent. Jusfo major est persuasio quam tibi induis, quasi ratiunculis tuis ex jure incerto derivatis tot JCtorum insignium ex Jure certo depontræ deductiones cedere deberent. Allermaßen/ sunt verba HARPRECHTI (g), alle quæstiones de tota ista renunciationum in Illustribus & Nobilibus cum primis familiis usitatuarum materia, von denen Dd. aus unsern gemeinen Kaiserlichen Rechten so weit nur derselben rationes und Verordnung huic in multis articulis anomalaë materie applicirt werden mögen / bis anhero decidiret worden.

§. 10.

Jam faxo sub incudem revocemus responsiones, quibus CENSOR argumentorum pro communi sententia stabilienda afferri solitorum vim elidere conatur. Quam strami-

(e) Exerc. II. §. 4. (f) in Diff. de Respons. JCtor. §. 13.

(g) Consil. 2. Vol. I. n. 223.

stramineæ sint vel per transennam cuivis perspicere datur, modo apud animum cogitaverit, easdem supra ab ipso obmotis dubiolis tanquam fundamentis inniti. Sic fert communis Doctorum sententia: omnem actum ex intentione contrahentium judicandum, quæ non alia, quam quod bona masculis acquirantur, adeoque masculis extinctis cesseret. Quid ad hæc CENSOR? *Ex intentione renificantium hujusmodi actum metiri non licere putat, cum hæ nullum Jus per supra dicta in alios transferant, sed aut legibus aut observantia condominii excludantur.* At nos putamus vestram Excellentiam ita male putasse. Actus renunciationis transactionem involvit, *per superius deducta.* Sed vero πολυτρυπλητον est, de quo non cogitatum, de illo non transactum (*b*). Valde ergo de via declinabit, qui in renunciationis tenore pervestigando mentem renificantium tanquam filum Ariadnæum non sequitur. Idcirco eandem omnes renunciations ceu frenum equos, & gubernaculum naves dirigere recte Doctores dicere solent. Leve quoque tuum argumentum est. Etenim quantum omnis transactio utrinque in aliquo dato & retento nititur, falsum est renificantes in alios nil transferre. Et fessus sum monendo, in quæstione fuisse, num soror a fratribus excludatur. Metus adeo litis vel jam extra judicium motæ, vel adhuc futuræ, justa transactionis existebat causa. Perperam ergo infers: *cum filie renificantes nil dent, nihil etiam reservant.* Cum id dent masculis, ut extra litem bona renunciata acquirant, id quoque sibi reservare possunt, ut ipsis extinctis citra litem ad eadem pateat regressus. Causam, cum liberæ sint, jam tradidit

BACK-

(*b*) Gail. L. 2. Obs. 77. Wesenb. Conf. 74. n. 59.

BACKMEISTER (i). Quando porro existimandum non credis, filiam vel unicum renunciasse, si ei contradicendi jus fuisset, ob genus mulierum avarum, sui tenax, & masculis gentique utplurimum inimicum, contra a corpore suo descendantibus favens, oppido falleris. Supra monitum abs nobis jam est, litis a masculis mota incertum fuisse eventum, maxime quod Jus Romanum, in quo filiae intentionem suamfundabant, publico decreto receptum non erat. Aleam itaque subiissent filiae, ni renunciassent; consequenter renunciatio cum reservatione regressus donec masculi extinti minus malum erat exclusione a bonis, quae sibi vindicabant, donec Jure Germanico ad eadem descendantibus cujusque sexus demum deficientibus rursus vocarentur. Sit, a masculis item de facto motam fuisse. Et eadem, quin hoc ipsum quod a lite disceditur, justa transigendi causa est, ut monet HERTIVS (k). Haud abs re igitur FRANC. LVD. COM. DE OETTING GYNDLINGIO accedere renuit (l), eique commento simile videtur, renunciantes tam liberaliter de stemmate masculino magnificentius instruendo cogitasse, aut de suo aliquid in illum conferri credidisse. Et fac renunciantes non credidisse, se jus radicatum remittere: nec tamen masculorum jus tanquam radicatum, sed utrumque saltem dubium agnovere. Adhuc itaque mihi sedet aliquam ipsarum in reservando fuisse voluntatem. Quo ipso robore suo adhuc pollet aliis Scriptoribus passim receptus canon, quo cuique rei sue legem, quam velit statuere, integrum judicant, & ex communi ho-

D

minum

(i) in Dissert. de Renunc. Filiar. Illustr. §. 36. apud Illustr.
Mosserum in Syntagm. Diss. p. 987.

(k) T. I. Resp. 158. n. 1,

(l) in Diatrib. de Fideicommiss. p. 228.

minum mente deinde subsumunt, hinc non facile prasumendum, foeminas renunciantes, se suosque descendentes, filiabus vel Neptibus ultimi masculi postponere voluisse. Etsi enim *hæc decidendi ratio tunc demum pulchra tibi videatur si de arbitrio renunciantium quereretur & non potius de lege aut consuetudine, cui majoris cautelæ causare renunciatio aut reservatio supervenire soleat;* hoc tamen non negabis renunciantes litem probabilem movere potuisse, cum ipse supra §. 70. concedas, de lege aut consuetudine excludente dubitatum fuisse, an & quousque vigerent. Ab illa ergo libere discedentes cur non legem statuere potuissent? Prona inde consequentia, prorsus non stringere, quæ contra interpretationem Renunciationum strictam apponis, quasi ea non valeat de Renunciatione, quæ pro cautione tantum adhibetur. Quoniam enim recessus ille a lite transactionem constituit, & transactio strictæ interpretationis est; sana ratio eidem quoque in Renunciationibus locum conedit. Ain vero quid aliud renunciatio pro cautione adhibita, quam transactio? Ex quo satis liquet renunciationem de persona ad personam extendi non posse. Quare cum eadem in favorem stirpis masculine, imo expresse descendantium ex fratre masculorum facta; tam certum quam quod certissimum ipsam in favorem descendantium foemini sexus extendi non posse. Cui HERTIVS quoque calculum suum adiicit (m), tum propter exorbitantium a jure communi iurium ex quacunque conventione, dispositione, statuto descendantium rectius interpretandi regulam, quæ est, ita faciendam interpretationem, ut per eandem ad jus commune, quantum fieri potest, regressus fiat, tum propter renunciationum

(m) T. I. Resp. 514.

tionum hujusmodi, ob cessantem agnationis & familie rationem, odium, ob quod in favorem renunciarum foeminarum in dubio interpretande. Cur ergo jus reservatum in casum filiarum ex masculis descendantium extendis?

Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem?

Nec Tibi proderit autoritas BARTOLI. Eidem oppono autoritatem BALDI, qui dicit (*n*) quod filia, quæ renunciavit non excludatur, nisi super sit persona, quæ ex præsumta voluntate renunciantem excludat, & ob id non excludatur a foeminiis, quem sequuntur DECIVS (*o*), & CVRTIVS Sen. (*p*). Deinde locum BARTOLI facile conjectari est te minime legisse: alias recte pronunciaisse tibi visus non fuisset. Pensita verba ejus (*q*): *non est verum, inquit, quod ex virtute particulae quousque, filia exclusa masculis deficiens admittatur, nec inde dispositio preambula ipso jure vietatur adveniente casu contrario, sed opus est nova dispositio: ut si Clericus est suspensus quousque satisfacit, secuta satisfactione non cessat suspensio, nisi de novo revocetur.* Hoccinne est mi Lector a pari argumentari? Renuncians & renunciationem recipiens sunt pacientes. An etiam Clericus & superior eundem suspendens? Jam attende ad effectum utrinque diversum. Qui mutuo consentiunt in idem placitum sub conditione resolutiva, in idem dissentient, si eventus incertus extiterit. Quoniam igitur de ipsorum consensu vel dissensu tantum agitur, cur opus nova dispositione de reditu ad hereditatem, qua de pactum renunciativum sub conditione resolutiva

D 2

initum?

(*n*) in L. quicunque Vol. 3. vers. sed pone statuto de serv. fugit.

(*o*) in Consil. 433. n.2. & Consil. 553. n.9. (*p*) in Consil. 9. Col. 4. n. 15. (*q*) Consil. 20. n. 2.

initum. Secus est in suspensione Clerici. Hic præter superioris voluntatem requiritur insuper, ut de præstita satisfactione publice constet, quod revocatione suspensionis obtinetur. Maxima ergo est disparitas. Ibi conditione certa, ut probatione non indigeat. Hic incerta, probatione indigens. Profecto æque minus redditus dominii hereditarii nova dispositione indiget, ac redditus dominii in re sub addictione in diem vendita, donec melior conditione oblata. Ibi hereditati renunciatum, donec masculi defecerint. Hic existente conditione, si melior conditione oblata, res sit inemta. Ibi conditione existente, sive masculis extintis renunciatio pro nunquam facta habeatur: dicunt enim renunciatrices: *Daz alsdenn sie unverzichene seyn wollen.* Hic, ibi verba resolutiva. Hic, ibi suspensio dispositionis præambulae fiat in aliquem certum eventum. Quoniam igitur tunc secundum STRAVCHIVM (r) dictio donec conditionem extinctivam facit; cur hic eam ob causam dominium rei venditæ ipso jure ad venditorem redeat, ibi vero dominium hereditarium ad reservatrices ipso jure non revertatur? Sunt hæc, quæ mentem humanam turbant, sicut jam KELLENBENZIVS contra HVSMANNVM BARTOLI sequacem monuit (s).

§. II.

Hisce facile videre est, quod sententia Doctorum, qua hic non ultimo defuncto masculo, sed communi parenti tam ejus, in cuius favorem renunciatum, quam etiam renunciatricarum reservatione munitarum succedi statuunt, firmo nitatur talo. Necessarium adeoque consequens

(r) in Lexic. Particul. Jur. sub part. donec p. 49.

(s) Quæst. 20. ap. Schilte. p. 797.

quens ex eo est, quod ultimo masculo defuncto prout HERTIVS tradit (*t*), renunciatio penitus extinguitur, & a suo primo initio, quo facta, pro non facta habeatur. Indeque falsum est, quod Doctores sibi constantes agnoscant, bona a patre ad fratrem devoluta paterna desisse. Contrarium ex GIPHANIO supra jam ostensum, atque TUBINGENSES apud BE SOLDVM testantur (*u*): dum, a JCC. alias responsum est, inquiunt, hereditatem patris devolutam ad filios, & ab eis aditam, adhuc dici patris hereditatem ex mente disponentium. Quibus consentit HERTIVS (*w*), bona renunciata non fratri propria, sed aliena vocans, & propterea de iisdem facultatem testandi ipsi denegans. Incassum quoque ratio Juris objicitur, quod hæres in omne Jus defuncti succedat, loco ejus dominus fiat, Jura & obligationes utriusque confundantur, ita ut plane omnibus ejus nominibus satisfacere pro casuum diversitate aut in totum, aut ex parte cogatur. Si in disputando legitimo tramite incedere voluisses, id tibi incubuissest, ut petito meo in §. II. Diff. II. satisfecisses, consequentiam demonstrando: bona renunciata ad bona fratri vita defuncti per hereditatis aditionem pervenerunt. Ergo propria fratri facta sunt? Do instantiam: Res commoda-tæ, depositæ, oppignoratae ad fratri patri succendentis bona hereditatis aditione pervenere. Ergo fratri propria facta? Absit. Quidni ergo & alia bona restitutio-ni obnoxia veluti renunciata, ita in fratrem transeant, ut ipsius propria non fiant, nec restitutioni obnoxia esse definant? Expediti juris est, heredem adeundo bona defuncti non acquirere nisi cum oneribus, quibus sunt

D 3

obstri-

(*t*) Resp. 505. (*u*) Cons. 171. n. 113.(*w*) L. c. n. I.

obstricta. Atque hoc bonorum renunciatorum ad fratrem transmissorum onus confusione in masculis impedit, nec sine commodo filiae ultimi eorundem. Inde enim fluit, quod HERTIVS docet (x): Renunciationem bis auf einen ledigen Unfall non tribuere Jus renunciandi in integrum fratri hereditatem, sed tantum partem renunciatam. Falso ergo opinaris Dominium, quod masculi acquirunt, obstat. Revocabile saltem est. Si dubitas, evolve formulam apud Per-Illustr. Dn. de LV-DOLPH (y) judicio tanti Viri cum clausulis & cautionibus singulari studio compositam, & maxime notabilem: Zu welchem Ende ich mir und meinen Erben das Erbschaffliche Dominium und zuständige Recht auf das zierlichst und beständigst als es seyn kan / expresse vorbehalte/dergestalt / daß ich mich besagten Dominii und Erbschafts/Rechts / so ich wegen des allbereit mir angefallenen Väterlichen / denen gemeinen Rechten nach dermalen schon habhaft worden bin / oder da es ohne diese Verzicht wäre / noch habhaft werden könnte nur allein wiederrufflich vegebe w. Imo amplius nego, quod fratres hereditatem renunciatam adierint. Audi INCOLSTADIENSES apud de CHLINGENSBERG (z): Die gemeine Rechts, Lehr geht dahin / quod foemina quæ in favorem Lineæ masculæ renuncians, loco legitimæ parvæ portione contenta, reliquam hereditatem ita fratribus suis cedit, censoratur eo ipso hereditatis suam portionem agnovisse, & adiisse, brevi ut ajunt manu, & per momentum, ac ira aditam ac agnitam portionem primum cedere &c. Vides ergo, quod antea non vidisti, rationi juris nil adversum

(x) T. I. R. 40. n. 1. 2. R. 381. n. 13.

(y) Obs. F. T. III. p. 3. (z) Conf. 24. n. 12. T. II.

versum admitti. Quando igitur ad objectionem Reservationis filiarum quasi fideicommissum induci, tanquam ex tripode hoc fideicommissi genus spurium pronuncias, confitearis necesse est, te ita occaecatum adhuc judicasse. An vero ita cœcutire permisum? cum HERTIVS Hypochysi huic medicinam jam paraverit. Non pigebit hic adduxisse verba ipsius l. c. Dennoch aber 1) den
nen Rechten nach nicht zu zweifeln posse etiam fideicommissum tacite & per conjecturas constitui und 2) heut
zu Tag unter denen Rechts-Gelcherten ausgemacht ist,
dass auch per conventiones vel contractus fideicommissa
gemaht werden. Wohin auch 3) gehöret / wenn eine
Weib's-Person in favorem sexus masculini mit dem Vor-
behalt eines ledigen Auffalls Verzicht thut: semper enim
in actu hoc renunciationis conservandæ agnationis
causa, id agitur ut translata per renunciationem heredi-
tas fideicommissi jure censeatur. O utinam igitur ist-
hac tua occaecatione gloriatus non fuisses! Ea te adeo
præcipitem dat, ut in principium contradictionis impingas.
Considera mi Lector lapsum: *Dominium ratione
alienationis paululum restrictum sit: transmissio vero alter
Dominii effectus hoc ipso nullatenus impeditur.* Nonne
hoc est priori contradicere? Transmissio bonorum re-
nunciatorum ad filias fratri fiat, quod Jura & Obliga-
tiones fratri & defuncti patris confundantur. Non ob-
stante vero hac confusione fratri dominium ratione aliena-
tionis restrictum sit, adeo ut bona ipsi jure optimo ma-
ximo acquirantur. Risum teneatis Amici! Quod por-
ro obmoves, quam est futile, quam a vero alienum. Sic
argutaris: Dotem filiae præsentis bonorum possessoris ex
universis ipsius bonis sine discrimine recipiunt. Ergo
bona renunciata desinunt esse paterna. Nego prius. Ita
enim

enim Per-Illustris Dn. de LVDOLPH (*a*): *fratres non tenentur dotare sorores ex bonis alii, quam quæ sunt a parentibus profecta, & ab ipsis successionis jure possessa: salva tamen portione competente ex jure familiæ & consuetudine filias a successione regulariter excludente.* Ipsa adeo renunciatricium dotatio discrimen bonorum fratrum confirmat potius, quam refutat, quodque ex bonis renunciatis dote in renunciatrix accipiat, vel ex eo constat, quod eandem existente conditione unanimi Doctorum consensu conferre teneatur (*b*). Sed & consequentia admodum claudicat. Exsolvat frater dotem debitam ex bonis propriis, cur id qualitatem bonorum renunciatorum tollat? Cur ea propter restitutioni obnoxia esse desinant? Non minus valde erras, quando pro confusione bonorum inde argumentum desumis, *quod filia præsentis possessoris, bonis ejus sine discriminè renunciet.* Quoniam a bonis ejus sine discriminè excluditur; sine discriminè quoque renunciat. Hoc vero non obstante manet bonorum discrimen. Ipsumque haud obscure renunciatrix innuit, dum sibi, velut apud Per-Illustrem Dn. de LVDOLPH (*c*) tantum reservat, *was ihr denn nach Erbgangs-Recht zufüchet.* Sic e. gr. Filia unica, cuius Amata quoque renunciaverat, agnoscit ipsi fratre improle defuncto unico ad portionem quandam jus hereditarium esse. Cum enim fratre isto defuncto universa ejus bona jure hereditario ad ipsam devolvantur, ista subintellexisse censi nequit. Quid clarius inde, quam quod in bonis præsentis possessoris discernat aliena? Præterea si bona paterna esse de-finunt,

(*a*) T. III. Obs. F. O. 247. p. 30. & 35. not. 17.

(*b*) Knipschild de Nobilit. l. 3. c. 12. n. 291. Frommann, c. l. th. 67. Heeser de Acquæst. Conjug. n. 180.

(*c*) de J. F. J. App. p. 160.

desinunt, cur filia renuncians apud Per-Illustrem Dn. de LVDOLPH (*d*) sibi reservat jus succedendi in allen Väterlichen & non potius Brüderlichen Erb-Gütern? Ipse Vir Per-Illustris accurate distinguit (*e*) portionem filialem ab hereditate paterna vel ultimorum masculorum bonis postea quæfitis. Sed non desistit CENSOR fluctus in simpulo excitare. *Quæ quoq; o*, inquit, ex hac doctrina orietur confusio? Pone Sempronii primi lineæ cuiusquam stipitis posteritatem per ducentos & ultra annos floruisse: fuisse durante illo tempore quinquaginta filias, intervenientibus renunciationibus & reservationibus elocatas. Mori nunc Cajum ultimum Gentis: properare omnes a quinquaginta filiabus descendentes vi reservationum avitarum aut maternarum ad successionem, nonne absurdum inde secundum effet? Ast in quo illud consistat? Ad hoc dubium nov. antiquum jam TUBINGENSES solide responde-runt (*f*): Wie nach vielen Jahren / wenn ein Bruder von den Ehen abgetheilt/ dessen posteri cessante linea illius, ad quem feuda pervenerunt, wieder gelangen kön-nen/ eadem ratione ist kein absurdum, daß der Männliche Stamm / eine geraumte Zeit der renunciirenden Schwestер Güter besitzt/ solche doch intermortuis masculis omnibus ad filias earumve posteros wieder gelange. Scire te velim quale absurdum in casu in calce Dissert. II. delineato re-sultet, si Sejo ultimo masculo post ducentos a tempore mortis stipitis communis annos defuncto, 13 filiae renuncia-trices ad bona renunciata regrediantur? Singulis portio sua assignari potest, et si 50. ponas. Nec mirum: quoniam in familiis Nobilibus & Illustribus genealogias con-serva-

E

(*d*) Obs. For. T. I. p. 84. (*e*) Obs. For. T. III. p. 38.(*f*) ap. Besold. R. 171. n. 146.

servari solitum, quibus constat quo ordine per sexcentos se invicem excipient annos a communi stipite descendentes. Quodsi porro consideres, quod RVT. RVLANDVS inculcat (g): Filias reservatrices ab iis, in quorum gratiam renunciant inventarii confectionem & ejus aliorumque documentorum editionem existente conditione ab iis ad quos hereditas renunciata devoluta petere posse, & ego evici §. 53. Diss. II., deinde in memoriam tibi revoces illud MEVII (h): inventarium honorum confusionem impedire; omnis hercle quam fingis confusio in cerebro tuo subsistet. Haud equidem abnuerim fieri posse, ut reservatrix propinquitatem suam docere nequeat, vel de portione cessa existente conditione non constet. At te docere potuisset KELLENBENZIUS (i), culpam non in juris ratione sed tantum probatione adeoque incuria & negligentia renunciantium consistere, & ob id conditionem hujusmodi excludendam vel respuendam non esse. Fac etiam casus hereditarios filiarum regredientium difficillimos esse; attamen Per - Illustris Dn. de LVDOLPH, quem in isto procelloso mari cynosuram non male dixeris, optimo consilio tales controversias transactio finiri commendat (k). Vbi ergo extra cerebrum tuum quid absurdii? Optassem mi CENSOR locum allegatum rite pensi habuisses; cum larvis sane non pugnassem, quando argutas: & qui quæso conficies, si proximiiores vigore reservationum suarum admittas, cur non & posteri earum, quæ ante CCC. & ultra annos vixerunt, eodem jure gaudere debeant? Quis hoc præter

(g) Decis. Camer. Q. 20.

(h) P.I. Dec. 38. n. 7. Dec. 40. n. 5.

(i) Quest. 20. n. 10.

(k) Obs. For. T. III. O. 249. p. 38.

te in dubium vocat? Haud obscure quando Vir Per-luistris de filiabus regredientibus diversorum graduum mentionem injicit, vanitatem argumenti tui cognoscere potuisses. Militat pro remotoribus eadem quæ pro proximioribus ratio, desumpta nempe a jure pacto quæsito, nemini auferendo. Dicendum ergo, legitime infert KELLÉNBNZ (*l*), foemina in infinitum usque, quando & in quocunque gradu masculus cessaverit, successionis regressum sibi suisque heredibus efficaciter excipere & reservare posse. Id proin perridiculum est, quando ais: *Ino vero, si recte rem consideres, hoc pacto nonnisi a filia prima renunciatrice descendentes succedere possent, cum Doctores a diversis partibus stantes simul tradant in portione reservata nonnisi eas admitti, qui reservationem prius fecerint, id quod paulo ante derisimus.* Quid si interrogemus qui sint illi Doctores? Audi e contrario primi ordinis Doctorem HARPRECHTVM (*m*): ist præliminariter hiervey zu gedenken: daß wenn in einer Adelichen Familie die Masculi sterben / in quorum favorem die Renunciation geschehen ist / und also ein lediger Unfall sich ergiebt / die sämtliche filiae renunciatæ, die per multos retro gradus & a plurimis retro annis renunciari haben/ ex tempore existentis ita conditionis pro non renunciatis gehalten werden &c. *Sicut renunciantes vel illarum heredes ad ipsam illam successionem, a qua per suam renunciationem interea exclusæ vel potius suspensa erant, redintegrantur.* Non est ergo, cur tot egregiorum JCtorum argumenta rideas: cum ad ea non regeras nisi frivola & gerris Siculis vaniora.

(*l*) Quæst. 20. p. 799.

(*m*) Vol. I. Consil. II. n. 211. p. 61.

§. 12.

Quod attinet Regulam vulgaram: *Fœmina semel exclusa semper exclusa*, jam in Scholio §. 10. Dis. II. stabilivi, quod HERTIVS inculcavit (n), eandem in materia renunciationum non procedere, ob cessantem rationem: cum hic jus filiarum renunciantium non extinguitur sed ejus exercitium saltem suspendatur, quamdui masculi superstites. Tibi vero hoc fedet regulæ locum esse, si queratur an removeantur semel renunciatae ac exclusæ concursu masculi, per eas fœminas, qui huic masculo excludenti propinquiores sunt. At eadem adhuc ratio subsistit. Nam concursu masculi extantibus fœminis eidem propinquioribus neutiquam jus, sed saltem exercitium juris hereditarii reservatricibus remotioribus ablatum: alioquin jus illud in heredes transfire non posset, & verba illa *ihren Erben* nil operarentur, uti probe perspexere INGOLSTADIES (o). Quod vero filiabus masculorum concursus abstulit, id ipsum eorum restituit obitus, ut BALDVUS dicit (p). Diffinit ergo adinstar vaporis suborro calore regula a te materiæ renunciationum obtrusa. Leve quoque est argumentum, quo regulæ tuæ agonizanti succurrere contendis. Ita infers: *Fœmina ultimo proximior proxime exclusa. Ergo ei primum est jus revertendi, quod obstat omnibus reliquis remotioribus.* Infelix sane ac ærumnosum fidus luxisse oportet eo tempore quo ita ratiocinatus. Ultimæ masculi mors conditio resolutiva est, a qua singulæ reservatrices renunciationum suarum resolutio-

nem

(n) Resp. 29. n. 12.

(o) Consil. ap. Giphan, & Schilter. p. 81.

(p) Consil. 426. p. 3.

nem suspenderunt. Cur non ergo morte illa contingente singulæ ad successionem illam a qua interea exclusæ sedintegrentur. Quæ unius prærogativa in revertendo communi conditione existente? Quæ speculations! Ex his quoque facile cernere est, masculis extinctis vacuam utique esse possessionem, quamvis ultimo proximior extet foemina. Cum enim masculis extinctis renunciatae tales esse desinant; & bona renunciata talia esse desinunt. Cumque illæ tunc fiant **Erb - Töchter**, bona pleno jure earum esse incipiunt; consequenter nemo ne quidem proximior nisi nomine ipsarum adinstar instrumenti eadem possidere potest. An plus ad vacuam requiris possessionem? Dein commentum est, quando sub condominio rerum paternarum bona renunciata comprehendis, atque parentis dominii sociam filiam ultimi masculi constituis: cum, ut ajunt **INGOLSTADIENSIS** (q), & superius evictum, bona ipsius mere propria non sint. Nec fictio ista condominii jus reservatricium pæcto quæsitum tollere potest. Hinc quando ob illam ultimo masculo extincto extare **ein lediger Anfall** proprie dici posse negas, id adeo insulsum, ut lectori stomachum movere queat. Ne vero taceam quod laudem in te meretur, prudenter agis quando non multum urges tela ab antiquissimis Germanorum moribus filias aut proximiores quaslibet foeminas semper remotioribus præferentibus petita. Indignationem sane vel patientissimo exprimerent, cum principium petant, quasi existente conditione pæcti hereditatis renunciatae reservativi ultimo masculo succedatur: quod tamen supra satis superque explosum.

E 3

§. 13.

(q) I. c. p. 88.

§. 13.

Sed age scrutinium instituamus, ejus quod ad objectionem reservationem plane inutilem futuram, cum filia renuncians vel sic deficientibus ex fratre descendantibus ab intestato etiam sine reservatione succedat, reponis. Prius Lectorem monere cogor, sic colligere sanam jubere rationem. Sed vero CENSOR notat, reservationem ob id non otiosam esse, quo tricas de non amplius ad repudiatra regressu dando, & facultatem testandi in ultimo masculo excludat. Biceps ergo est responsio. Anatomen prioris hujus bicipitis monstri capitis suscipiamus. Hem quialis foetor! Foemina mortuo ultimo masculo non extante filia ad successionem ab intestato ipso Jure Romano adspirare potest, nec in pacto renunciativo intentionem suam fundare tenetur. Quis ergo ipsi ex eodem tricas nechteret? Nec Jus Romanum tecum renunciationem cum repudiatione confundit. Licet idcirco renunciasset foemina nec successionem ab intestato sibi reservasset; attenuam ultimo masculo sine descendantibus cuiusque sexus mortuo renunciaticem ad successionem ab intestato rursus admisisset. Quorsum ergo reservatio? praeferim hodie? Ecquis per argumenta quæ §. 71. n. 6. formantur, a successione ab intestato renunciaticem arceret? Sane ab austerioris quibuslibet ac ferreis ingeniis, imo ab ipsis stipitibus miserationem exprimeret. Perpende ulterius an nil diffonum nullumque antilogium sententia haec tua contineat. Supra pro aris & focis contendisti renunciationem nil novi dare. Ergo nec Jus commune renunciaticis ab intestato succendi renunciatio immutet fatearis necesse. Unde consequitur non obstante renunciatione eandem ultimo masculo sine descendantibus cuiusque sexus

sexus defuncto ab intestato succedere posse. Luce sua ergo radiat, superfluam futuram reservationem, si tantum jus ultimo masculo sine filia defuncto ab intestato succedendi operetur. At & alterum responsionis caput putredine vitiatum. Etenim ex Legibus Germanicis distincte constet, in casu non extantium liberorum, ultimo possessori per testamentum quemvis adsciscere aut vivum in communionem, quasi futurum heredem immittere licuisse, etiam sororibus extantibus: deinde Reservationem novi det, det tamen reservatrici jus prohibendi ne ultimus possessor Testamentum condat: bona non obstante reservatione jure optimo maximo juxta §. 86. ultimo masculo acquisita, fraterna fiant. O consonantissime ad harmoniam composita! Verissimum igitur ex mente tua aut ultimo possessori nunquam competere jus testandi, aut etiam in casu istiusmodi reservationis ipsi competere. Stat ergo contra tuam solutionem tanquam Marpesia cautes objectio, superfluam futuram reservationem, si jus ab intestato succedendi masculo ultimo sine cuiusque sexus descendantibus mortuo saltem operetur. Firmum hinc manebit, reservationem secundum sententiam communem interpretandam esse. Atque sic sponte cœcutiret profecto, qui videre nollet ultimo masculo jus testandi adentum esse. Impedit namque illa quo minus bona eorum, in quorum favorem renunciatio facta, propria fiant. Unusquisque vero, recte monentibus TIBINGENSIBVS (n), de suis propriis bonis & non alienis si testari velit, heredes sibi instituere cogitur. Belle haecce Sententiæ Camerale confirmant, quas publici Juris factas indefessa. Per - Illustris Dn. de LUDOLPH diligentiæ

(v) Confil. X, ap. Giphan. p. 268.

tiæ debemus. Sic in Sachen Carl Caspary von Gymnich zu Bischof Klägern eines / wider Herrn Ludwig Heinrich Graffen zu Solms / Aßenheim und Consorten Beklagte andern Theils / Actor hæres declaratus Jure Aviæ Amaliae Reginæ Uxoris Jo. Otton. von Gymnich / cuius Jus succedendi sub clausula reservativa renunciatum post masculam stirpem 1718. extinctam Hugone Ernesto ultimo familie, testamento instituente hæredem Comitem de Solms partem ream , in hæredibus reviviscebatur , condemnatusque possessor ad restitutionem (s). Similiter in Sachen Carl Wilhelm von Spiering / wider Johann Joseph Clemens von Weichs und Consorten Testamentum Wilhelmi Francisci , quo A. 1720. scripsit hæredem Carolum Wilhelmum de Spiering pro valido non declaratum nisi salva portione des ledigen Anfalls Mariæ Barbaræ Francisciæ Uxoris Joannis Josephi Wigulei Baronis de Weichs , ex qua natus Josephus Clemens Baro de Weichs (t). Cujus causæ continuatio quam Vir Per-Illustris non minus suppeditat (u), maxime notabilis , quoniam dictam portionem determinat , quod CENSOR supra incomprehensibile fuit. Discat ergo sapere.

§. 14.

Quamvis adeo Successio reservatricium vel earundem hæredum masculis extinctis in portione renunciata explanatissimi Juris sit. CENSOR tamen omnes lacertos movet, quo exclusionem privativam adstruat. Phalanges exempli-

(s) conf. T. III. Obs. For. Fascicul. I. Sent. Cameral. Select. L. p. 198.

(t) T. II. Obs. For. App. I. XXXIX. p. 138.

(u) T. III. Fascic. I. III.

exemplorum §. 86. &c seqq. afferit, ex quibus satis constare afferit, semper filias & proximas sexus foeminiti in Germania remotores foeminas non attenta reservatione exclusisse. Optassem Canonis Logici non oblitus fuisset: non plus sit in conclusione quam in præmissis. Quid si enim exempla quæ afferit penitus perlustraveris, nec vola nec vestigium tibi occurret de probata reservatione, seu successione extraordinaria vel conventionali, sed omnes casus pertinent ad successionem ordinariam. Cum itaque cardo rei in eo versetur, an ultimo gentis suæ extincto filia ipsius exclusis reservatricibus vel ipsarum heredibus privative succedat; hoccine est servare statum controversiarum? Quin ex illis exemplis quædam ne quidem successionem tangunt, tantum abeunt ut rationem successionis conventionalis a posteriori demonstrarent. Sic §. 86. Casum fistit, post mortem Ludovici Infantis, ubi Sororis ejus filius Conradus I. Germaniae Rex creatus, multis licet obnientibus & aliam in partem inclinantibus. Sed quis hoc CENSORI in aurem insuffravit, quod CONRADVM tanquam filium Sororis LVDOVICI Infantis elegerint? Fuge hoc credere Lector. Evolve DITMARVM (w), qui rem alio depingit penicillo: *Conradum inquit, ob meritum sui Otto prædictus ab omnibus Regni Principibus in Regem electus, sibi, quasi ad hoc indigno, præposuit.* Cui belle convenit quando in Diplomate apud BROWERVUM (x) CONRADVS ab ipso LVDOVICO INFANTE Dux egregius prædicatus. Virtute ergo ad hoc culmen evectus. Qui alias fieri potuisset, ut OTTONI

F

prædicto

(w) Chron. p. 325.

(x) T. I. Annal. Trevir. L. IX. §. 57. p. 445.

prædicto ILLVSTRI teste WITIKINDO (y) omnis populus Francorum atque Saxonum diadema Regni impo-
nere quæsivisset, isque solum quasi jam gravior recu-
sasset Imperii onus? Nec minus divinando infelix fuit
CENSOR, quando putat CONRADVM III. nulla alia ex
causa ad Imperium promotum, quam quod HENRICO
IV. & V. Imperatoribus per matrem conjunctus erat.
Id ALBERICI testimonium allegatum minime evincit,
sed potius illud hunc sanguinis nexum technis Cleri præ-
fertim S. BERNHARDI & THEODOINI Nuncii Aposto-
lici prætexebat, utpote quibus revera ad summam rerum
pervenit, potissimum vero propter promissionem crucia-
tae & servilem erga Clerum devotionem, quam ipse AL-
BERICVS verbis sequentibus deprendicat^(z): *Conradus Rex per se sciens & per religiosorum Virorum admonitionem, quantum reverentiae debeatur Ecclesiastico ordini, cui Deus dedit; qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, si quos elatos fastu secularis potentiae, contra Episcopos, vel contra alios Ecclesie prelatos noverat insolenter agere, Regia censura cogebat eos, ab insolentia desistere, & illis, quos offenderant, decenter satisfacere.* Eandem quoque electio-
nis causam agnoscit cum B. GUNDLINGIO Collega Cen-
foris multum honorandus Dn. KOEHLERV (a). Ubi
ergo successio? ubi remotiores ex pacto reservativo ad
successionem una adspirantes? Eundem errorem erras,
quando idem observatum in hereditate HYGONIS COMI-
TIS DE MONTFORT refers. Nec eandem Jure Successionis
sed ex arbitrio CAROLI IV., quo COMITES WVR-
TENBERG. & RUDOLPHVM COM. de VELTKIRCHEN
compo-

(y) L. I. Annal. p. 634.

(z) Parte II. Chron. ad. 1145. p. 304.

(a) vid. ipsius Reichs-Historie p. 165.

composuit æquo jure adierunt (b). Nil ergo his exemplis efficitur, quam ut Disquisitio mole laboret. Sed opera pretium erit ostendere, quod etiam casus reliqui Successionem concernentes a scopo ablidant. Ex sylva vero quosdam saltem depromam: tempori enim & chartæ parcendum. *Henricus VI. Censor* inquit §. 86., *Rex postea imperator, Rogerii I. Regis Siciliæ Filiam Constantiam, Wilhelmi I. ultimi Regis Sororem dicens, Regnum cum ea, exclusis remotioribus cognatis, quæsivit.* Primo hic anno lapsum in Historia commissum: dum Wilhelmum I. ultimum Siciliæ Regem venditat, qui tamen Wilhelmus II. filius Wilhelmi I. fratri Constantiæ Henrici VI. Uxor fuit: de quo AVCTARIVM AQCINCTI-
NVM (c): obiit WILHELMVS REX APVLIAE absque herede, qui congregatis totius Regni sui Principibus heredem Regni designat Henricum Regem qui ejus Amitam habebat in Conjugio. Qui (Principes) omnes cum Sacramen-
to fide interposita promiserunt, sua prædicto Regi colla sub-
missuros. Deinde hic casus Successionis ordinariae non extraordianariae est: de qua tamen in præsenti quæstio:
ita enim RIGORDVS (d): *Henricus Imperator totam Apuliam & Calabriam & Siciliam, quæ Jure hereditario ex parte uxoris eum contingebant, suo subjugavit Imperio.* Quare reservatrices, vel earundem heredes quibus exclusis CONSTANTIA tanquam ultimo masculo proximior successisset? Formicæ semitas quæsiveris. Neque minus urgebit exemplum quod §. 91. affertur JOHANNIS STARCKENBVRGI sive ulterioris Comitatus Sponhe-

(b) conf. Glafey Anecdot. p. 364.

(c) ad a. 1189. p. 243.

(d) de Gestis Philippi Augusti Regis ad a. 1194. p. 196.

miensis Comitis, cui, cum liberis careret, proximi Cognati JACOBVS MARCHIO BADENSIS & FRIDERICVS COMES VELDENTIAE, successerint, reliquarum cognatarum posteritatis ne mentione quidem ulla habita. Cum enim ZILLESIVS disserte testetur (e), ipsos hereditatem ex æquo adiisse vigore des Weinheimischen Erfschwiegs/ welchen Graff Johannes im Jahr 1425. an dem Montag nach dem Sontag Lætare Halbfesten selbst gemacht/ und darinnen seine Erben gesetz/ geordnet und entscheidet hat/ hic casus ad Successionem ordinariam per ultimam voluntatem spectat. De qua succedendi ratione hic non controvertitur. Ecce tibi devios saltus. Profer si potes reservatrices, vel earum heredes quæ a prædictis tanquam ultimo masculo proximioribus Cognatis exclusæ fuissent, sat scio non invenies. Quoniam igitur casum hunc illustre juris proximorum ultimo defuncto fœminarum præ remotioribus monumentum prædicas, is illustre quoque paralogismorum tuorum monumentum est. Est hæc generalis illationum tuarum Cachexia, quod per filiam ultimi masculi, vel ultimo masculo proximiores remotiores fœminas exclusas perhibeas, nec tamen probes, remotores ut sileam reservatrices adfuisse. Quo pertinet quando §. 92. assertis: *Gentem Principum Lobkowitziorum per filias Baronum de Zerotin profecisse, nec conjunctas contradixisse.* Etenim apud IMHOFIVM, quem pro hujus asserti membro priori in partes tuas vocas, de conjunctis remotioribus nedum reservatricibus exclusis ne gry quidem legitur. Ergo posterius tua divinatio est. Quod vero divinare magnus tibi non donaverit Apollo, disce ex Specimine initio §. 90. edito, dum Palatinatu Saxo-

(e) p. 279.

Saxonico per SOPHIAM FRIDERICI IV. filiam & heredem LUDOVICO III. THVRINGICO quæsto, haud dubie, ut in omnibus Gentibus quoad masculos extinctis accidat, plures filias antecessorum ultimi Palatini superfluisse sed ne missitasse quidem hariolaris. Plane diversa perhibet ANONYMI CHRONICON THVRING. & HASS. (f), ubi SOPHIA dicitur *die letzte des Geschlechts*; ad eoque & foeminarum ad idem pertinentium eodemque extinto si reservatio facta ad Successionem una admittendarum. Autor proin suaforque sum ne experimentis & observationibus operam des: nam vitium subreptionis tibi adeo habituale est, ut nonnisi Chimaras observares. Quo vero uno obtutu illationum tuarum fallacias contuertri queas, reducam speciales in singulis exemplis ad sequentem generalem. Per allata exempla constat, filiam ultimi masculi solam, vel ultimo masculo proximiorem foeminam successisse. Ergo filia ultimi masculi vel eidem proximior foeminas remotiores reservatrices excludunt. Ritus comprimere nequeo, quando hanc consequentiam mecum cogito. Sed vah! te doceam quod ignoras, qualem nempe observantia Imperii secum ferat reservatione regressus a renunciatricibus facta succedendi rationem. Qui in rem præsentem venient suffragia dabunt. Adi sis STATUTVM EQVESTRE GEISLINGENSE famigeratissimum, quod reperire datur apud LVNIGIVM (g) & HARPRECHTVM (h). Omnis Ordo Equestris inibi

F 3

testa-

(f) T. III. Select. p. 324.

(g) im Deutschen Reichs-Archiv Part. Special. Contin. III.

P. 14. n. 7.

(h) de Success. Filiar. Nobil. Renunc. ex Testam. in subject. Respons. I.

testatur, quod reservatrices inter Nobiles saltem bis auf einen ledigen Anfall exclusæ fuerint: Wiewohl ait, bey Unsern in Gott ruhenden lieben Vor-Eltern auch bey Uns/ von vielen unvordencklichen Jahren/ öffentlich/ ge-ruhig/ und löblich Herkommen/ wie denn solches noch bis auf jetzige Zeit in üblichen Gebrauch ist/ daß die von Ihnen und Uns gebohrne eheliche Kinder Weiblichen Geschlechts/ wenn die zu Ihren Mannbahnen Jahren kommen/ zu Erhaltung Stammens und Nahmens/ sich der Vatter-Mütter- und Brüderlichen Erb- und Verlassenschaft bis auf eis-
nen ledigen Anfall/ gegen einem ziemlichen Heurath-Guth und Aussertigung/ würklich verzügen und begeben se. Si hæreres circa interpretationem verborum bis auf einen le-
digen Anfall/ en usualem, quam suppeditat BESOLDVS (*i*), Wasgestalt referens in Deutschland dieser Reservat des freyen Anfalls/ in allweg auf verzügne Vätterliche Erbschafft verstanden werden/ und so viel mit sich bringen thue/ als wenn der Verzug ausdrücklich dahin gerichtet worden/ da ein Bruder ohne Männliche Leibs-Erben absterbe solle der Schwester ihr Vätterliche Erb-Gerechtigkeit unbenommen seyn: solches wird von jedem Unpaßionirtem schwerlich wi-
dersprochen werden können. Cum itaque Doctori præser-
tim magno pratico de consuetudinis Observantia testanti fides habenda sit (*k*); non dubito fore, ut Observan-
tiam inter Nobiles Germanie generalem & invitus agno-
scas, vi cuius filia ultimi masculi non privative succedit,
sed Reservatrices in portione renunciata una admitti.
Quid quod notante Cl. NAGELIO (*l*), Statutum illud
Eque-

(*i*) P. I. Cons. 243. n. 36.

(*k*) Cothmann. Vol. I. Resp. 5. n. 6. 7. Wesemb. P. I. Cons. 2.
n. 46. 101. Gabriel. L. I. Tit. de probat. Concl. 4. inf.

(*l*) ap. Dn. Burgermeister Thes. Equestr. P. I. p. 592.

Equestre de A. 1652. apud SCHILTERVM (*m*), vi cuius Regressus filiae Renunciantis ad quartam generationem restrictus esse dicitur, in Archivo Equestri nullibi inventur eidemque Statutum subsecutum de A. 1653. prorsus derogat, regressum absque ulla restrictione ad certam generationem casu congruo concedens. Quod invincibile argumentum contra id quando §. 96. negas, etiam foeminas longius dissitas ad Successionem admittas, supponitque dubio procul extraordinariam Reservatricium ultimo masculo fine prole mascula defuncto succedendi rationem. Ipse met enim concedis, secundum ordinariam foeminas ultimo masculo proximiores remotiores excludere. Quod & Novellæ 118., conforme, vi cuius soror ultimi masculi amitam multo magis remotiores excludit. Si exigis, ut casus speciales Successionis hujus in medium proferam, nec hic deero, quo oppido convincaris, quam audacter eandem impugnaveris. In Streit-Sachen sich verhältnis entgegen und wider Rosinam Barbaram von Erffa; Evam Julianam von Reck; Annam Petronellam von Rüßwurm; Sophiam und Christianam alle gebohrne Rüdinne von Böttigheim und Cöllenberg Beflagte am andern Theil; Rez tanquam ultimi masculi Johannis Reinhardi sorores privative exclusa Amita reservatrice Domini de Seckendorff matre succedere intendebant. TUBINGENSES desuper trina vice consulti, ipsarum intentionem nullo jure fundatam esse tribus Responsis ad oculum demonstrarunt (*n*). Atque hanc ipsarum sententiam supremum Imperiale Aulicum Tribunal sub dato 9. Maii 1701. lata sententia

(*m*) Tr. de Renunc. T. 2. p. 198. seq.

(*n*) ap. Harprechtum Tr. Academ. VII. Resp. IV. V. VI.

tentia justissime confirmare nullatenus dubitavit. Quam sub calcem N. I. adjicere libuit una cum attestato Ordinis Equestris Franconiae, de conformitate sententiae hujus cum observantia & vero ejusdem intellectu, regressu nempe ad bona renunciata existente stemmate masculino extincto conditione adjudicato. Hic Rhodus hic salta! Tu sentis sorores ultimi masculi REINHARDI Domini de SECKENDORFF gradu & linea eidem proximiores privative succedere debuisse. Non assentitur summum Imperii Tribunal, sed ipsum licet dicto REINHARDO quarto linea collateralis gradu cognatus cum sororibus ejus una ad Successionem admisit. Reclamat observantia totius Franconiae, quemadmodum ipsa renunciatio der unter der Ritterschaft des Landes zu Franken üblichen Gewohnheit zu folge facta legitur. De simili apud Nobilitatem Rhenanam testantur TUBINGENSES apud HARPRECHTVM (o), ipseque Ordo in Attestato calci N. II. adjecto. Idemque apud Suevicam observari testis est haud contemnendus in rebus equestribus versatissimus B. BVRGER MEISTERVS, terraneus meus, in literis sub N. III. subjectis. Hui! quam longe a vero abes, hanc succedendi rationem palpabilem qua ultimo masculo proximior foemina remoriore referatrices non excludat dubiolis involvens. Miseret me tui. Quo vero videoas id mihi curæ cordique esse, ut mens tua ad verum cernendum formetur; en similia præjudicia: in Sachen von Mückenthal & Conf. contra von Sädern & Conf. die Cronbergische Verlassenschaft bestreßend. Item Rüd & Collenbergerische Töchter contra die sämtliche Wollmershaussche Erbs-Interessenten / item Fugger contra Styrumb Lymburg &c. commendaturique habeas

(o) Conf. Nov. 50. n. 416.

habebas BVRGERMEISTERI CODICEM DIPLOMATICVM
E QVESTREM oder Reichs- Ritter- Archiv (p), qui
plura dabit, quæ te forsan in viam reducent, sed nec de-
funt in Camera Imperiali judicata, quæ contra te pugnant.
Notabile occurrit in causa Spiringiana & Weichiana (q),
ubi MARIA BARBARA FRANCISCA, Vxor JOANNIS
JOSEPHI WIGVLEI Baronis de WEICHS, Soror
WILHELMI FRANCISCI ultimi eorum quorum in favo-
rem renunciationes factæ, non privative sed cum Amita
MAGDALENA MARIA Vxore Comitis de PORTIA ad par-
tem sextam hæreditatis GOSWINI von Spiering/ pri-
mi acquirentis admissa, successit: æque ac FACULTAS
TVBINGENSIS sub initium A. 1684. in casu, qui in
Illustrissima Comitum Familia post A. 1644. de 7. No-
vembr. factam hereditatis paternæ, maternæ fraternæ &
sororum renunciationem, daß im Fall Herr Graff A. L.
ohne Hinterlassung ehelicher Manns- Erben mit Tod ab-
gehen würde / der Fräulein Renunciantin der Zutritt wie-
der zu deme / so Ihr von Rechts wegen zukommt / zu ge-
statten / contigerat, ubi frater Comes , cui renunciatio
facta fuerat, cum masculo quidem decesserat, at hic tan-
dem nonnisi sorore relicta A. 1618. diem obierat supre-
num , renunciantem inter Amitam & hanc contentione
orta de existentia nostræ conditionis , eam adesse respon-
dit, referente FROMMANNO (r). Hæc si ad animum
frugem non applicaveris, ad convincendum plane in-
dispositus es. Imo plus adhuc (considera plenitudinem
cordis!) hunc renunciationum reservativis clausulis mu-

G

nita-

(p) Vol. I. Part. 3. p. 518. seq.

(q) ap. Per - Illustr. Dn. de Ludolph. T. III. Obs. For. Fasc. I.
p. 16. (r) in Disp. cit. th. 26. & 47.

nitarum effectum omnes casus confirmant, in quibus Reservatrices cum hærede testamentario ultimi masculi ad Successionem admissæ, quales superius ex Sententiis Cameralibus a Per-Illustri Dn. de LVDOLPH in lucem editis adduxi. Subsoluit id tibi; & propterea supra controversiæ huic te immittere tergiversatus fuisti. Sed investiga rationem cur haeres ab ultimo masculo institutus non privative successerit. Vir Per-Illustris eandem haud obscure indicat (*s*): quod nempe bona renunciata non ultimo ex familia sed renuncianti sint quæsita. Hæc ratio sane & filiæ ultimi masculi obstat, quominus in bonis istis succedat, cum Jus ipsius ultra bona patri quæsita extendi nequeat. Jam revoca, quæ non salvo horum Summorum Tribunalium honore effutiisti, contra leges & consuetudines Germanicas ægre factum filiabus, efficientibus id in Germania peregrinantibus Juris consultis, quæve hac vel illa in causa contra Jus in thesi decisâ in aliis eandem injuriam faciendam nobis persuadere non posse. Absit & denuo ajo absit, de iniquitate admissionis reservatricium querelas jaëtes; potius recordare ejus quod magna cum emphasi HARPRECHT scribit (*t*): *Descendentes ex ultimo masculo id omne quod filiæ ita renunciatae ejusque heredibus per renunciationem ademum fuit, quandomunque existente ea conditione, sub qua ipsa regressum ad renunciata sibi, si non expresse, saltē tacite, reservavavit, videlicet pacti reservatorii (si rectæ rationi & æquanimi illius ratiocinationi sine contradicendi iniquo studio sine proprii lucri injusta cupidine, sine macula pietatis, & ipsius adeo, a Deo & natura, erga proximum, nedium erga*

(*s*) Obs. 249. p. 38.

(*t*) d. Tr. 7. R. 4. 147. & 148.

erga cognatum sanguinem instillatae charitatis atrociter laſſe morem gerere velint) modis omnibus & fideliter refinare teneantur. An ergo putas autoritatem tuam eo valere, ut tot Summorum Imperii Tribunalium judicata infirmare queat? Adeo absurdus mihi non videris. Re-torquo igitur tela a te §. 82. emissa. Absurdum cum sequatur, longe diversa principia fundaminis loco sternenda sunt, si rationem Juris salvam, nec derisui te exponere velis, quæ sane alia esse nequeunt, quam Successionem ex propinquitate cum ultimo Possessore non aestimandam. Ex his colligas simul Juris Romani autoritatem contra Lacunas legum antiquarum Germanicarum, quibuscum judicata hæc & responsa non consentiant. Et nisi hæc te ulterius scripturum ab humoribus noxiis purgent, Helleboro opus habes.

CAP V T II.

DE

SUCCESSIONE HANOICA

§. I.

Atque sic pervenimus ad id, quod præcipue CENSOR agit, quo Paēto nimirum SUCCESSIONE HANOICA regenda. Quoniam vero deducta sua principiis capite præcedente jaētis superstruit; his modo enervatis, & illa velut tecta sublatis columnis corruunt. Agite operi subvertendo manum admoveamus. Versamur vero in Domō, ubi Jus Primogenituræ viget. Quod cum Successionem ex Paēto Hereditatis renunciatæ reservativo alteret; duplex nos occupabit cura, 1) ut Jus Primogenituræ

G 2

turæ statuminemus, 2) quo pacto SUCCESSIO HANOVICÆ regenda sit demonstremus, confutato eo modo, pro quo CENSOR vehementissime declamat. Juris Primogenituræ introductionem sat aperte loquitur Statutum de A. 1375. IMHOFFIO teste (u) ad normam illius jam antiquitus in familia Hanoveria observati & A. 1339. & 1343. confirmatus redditi conditum, verbis sequentibus: *Daz wir mit wohlsbedachtem berathen Muthe / mit gesundem Leibe / mit guten Sinnen und mit Rath / Unserer Freunde und Lieben Getreuen einmuthig seyn überkommen und gemacht und gesetzt han / und machen und sezen / das mit Kraft und Macht dieses Brieffs / daz unmer ewigliche / nume / dann ein Herr seyn soll zu Hanau / und in der Herrschafft zu Hanau / so soll Ulrich Unser Sohn / daz jekunden ist der älteste und seine Lehn-Erben der älteste ein Herr seyn zu Hanau / und in der Herrschafft zu Hanau nach unserm Tode und wäre es Sach / daz er von Todes wegen abgesege / ehe dann ihm die Herrschafft würde / oder ehe denn er Leibes Erben hätte oder gewinne / so soll darnach der älteste Unser Sohn / wer der dann ist / ein Herr seyn zu Hanau / und keiner mehr / als daz Noch geschicht von einem zu dem andern / also daz allwegen ewigliche oder nümme dann ein Herrseyn soll zu Hanau und in der Herrschafft zu Hanau / wenn das von Unsern Oltern auch also auf Uns ist kommen. Singulas Juris Primogenituræ definitionem, quam Per-Illustris Dn. de LYDOLPH (v) format, ingredientes notas hic comprehendimus. Etenim vi hujus Statuti Jus Successionis legitimæ hereditariæ, universalis, individuæ competat ei, qui in ordine genituriæ primo loco est natus. Quis ergo inficias ibit de Jure Primogenituræ hic statui? Nec aliter quam*

(u) Not. Proc. Imp. e. n. p. 516 (v) de J. Primog. Aphor. I.

quam de eodem Statutum hoc ipse Imperator RUDOLPHVS II. interpretatus, quemadmodum in confirmatione ejusdem de A. 1607. diserte fatetur: bekennen daß Uns der Wohlgeborene Unser und des Reichs Lieber Getreuer Philipp Ludwig, Graf zu Hanau / Unser Rath ein Uraltes wegen der PRIMOGENITVR und Erstgeburths-Gerechtigkeit in der Graffschafft Hanau ohne kundlichen Anfang hergebrachtes und daruff vor etlich hundert Jahren aufgerichtet / seithero in stetiger ohnverrückter Observanz, auch durch unterschiedliche veranlassete Aussprüche und sonst mehr Wege bewährtes und bekräftigtes Statutum in glaubwürdiger Form vorbringen lassen. Ecquid verius Statutum hoc observantiam saltem renovatam & scriptam esse? Quomodo vero haec interpretanda sit, docet Chronicon Austriacum antiquum (v): Do Herzog Rudolph starb zu Mailan/ waren noch do zween Brüder Herzog Albrecht und Herzog Leupold. Herzog Albrecht nach der alten Gewohnheit der Fürsten/ daß der Ältere Herzog solt herschen hub an zu reichen in Oesterreich / nach Christi Gebuhrt 1365. und richtet alle Land läblich aufz Oesterreich / Steyer / Cherndten / Krains / die Windisch March / Tyrol und Etsch / Schwaben und Elsaß ic. Quare cum vi Observantiae in Domo Austriaca vocabulum der Ältere primogenitum denotet; nec est cur aliter quam de Jure Primogenitura Statutum quæstionis intelligamus. Hinc mirari subit quid AVTORI Facti speciei Hasso-Darmstadinae in mentem venerit (x), ut Statutum hoc in perversum de Senioratu sensum detorqueret. Diferimen Senioratus & Primogenituræ cuivis hic

G 3

obvium.

(v) apud Pezium de rebus Austriacis.

(x) p. 3. & p. 1. in not. ad Facti Spec. Hass, Cassel.

obvium. Judicet benevolus Lector, an non perspicue genituræ, nec ætatis prærogativa attendatur, quæ tamen Senioratus a Primogenitura ex confessione omnium character distinctivus est (y). Eam ob causam Primogenitura Lineam semel admissam non egreditur, donec nullus ex ea superstes sit: in Senioratu e contrario ad certam lineam non habetur respectus, sed ad totam Familiam, ita ut ex Agnatis semper succedat, qui major est ætate & sic de linea in lineam ambulet Successio (z). Cum itaque vigore Statuti hujus VLRICVS VI. tanquam natu maximus, ejusque descendantium qui in ordine genituriæ primo loco succederet, evidens est quod ad certam lineam respectu habito neutiquam Senioratus, sed Jus Primogeniturae introductum fuerit. Nec quidquam relevat, quando ex verbis: *so soll darnach der Aelteste Unser Sohn / wer der dann ist / ein Herr seyn zu Hanau/* concluditur, statuentem ad lineam secundo geniti non respexisse. Mens statuentis non alia fuit, quam ut VLRICO VI. tanquam natu maximo Jus succedendi competeteret, idque lineam ipsius ingressum semper in ea & descendantibus ex ea conservaretur, & donec aliqui ex ipsis existunt nunquam fieret transitus ad Seniores in alia linea extantes. Hocce vero Jus Primogeniturae involvere, cum KNIPSCHILDIO (a) nemo non fatebitur. Idem sensit MOLINA (b), dum, *Primogeniti institutione, ait, semper censetur vocata linea recta Primogenitorum successiva, in infinitum de Primogenito in Primogenitum. Ideoque dum supererit aliquis ex Linea istius nullus qui ex alia linea procedat, admittendus erit.*

(y) conf. Springsfeld. de Apanag. C. 8. n. 6. p. 97.

(z) conf. Rhet. Com. Jur. publ. p. 310. n. 11.

(a) de Fideic. Fam. c. 9. n. 58.

(b) de Primog. Hispan. L. 3. c. 6. n. 29.

erit. Et ad hunc Juris Primogenituræ a Primogenito ad primogenitum transitum ipse statuens verbis: **von einem zum andern / digitum intendit.** Hinc verbis illis: **Wer der dann ist** indeterminatum saltem reliquit, an secundo vel tertio loco natus sit, modo in ordine geniturae Stirpis five lineaæ primum sortiatur locum, juri determinacionem relinquens, quod illud juxta Per-Illustrem Dn. de LVDOLPH (c), deficiente primo naturam suppleat, vocando eum, qui ordine succedendi inspecto, secundo vel tertio loco fuit natus, qui tamen ipse illo temporis momento, quo ex primi linea nemo superstet, sit primogenitus, tam natura quam lege, atque Jus Primogenituræ ad suos descendentes eodem ordine transmittit. Eoque eveniebat, ut statuenti filius Primogenitus VLRICVS VI. exclusis postgenitis REINHARDO II. & JOHANNE successerit, & ille ipso sine masculis heredibus defuncto ad Successionem admisus fuerit. Hac ratione nulla vis insertur vocabulo **ältester Sohn**. Idemque primogenitum non seniorem denotare præter allegatum Chronicon Austriacum, MENOCHIUS (d) cui quoque BETSIUS adstipulatur (e), affirmat, quandoquidem in hanc adducitur sententiam: *quod si de uno filio ex multis loquamur, sicut respectu fratrum suorum, tunc procedat sententia nullam differentiam statuentium inter primogenitum & majorem natu.* Quod in speciem obducitur, in casu quo Electore Palatino LUDOVICO PACIFICO improle mortuo frater natu minimus FRIDERICVS HENRICO OTTONE ex fratre medio RUPERTO superestate successerat, vocabulum **ältester Sohn** in vetustis Domus Pala-

(c) de J. Primog. Aph. I. p. 36, n. 12.

(d) Lib. 5. Conf. 442, n. 19. seq.

(e) C. 8. §. 49.

Palatinæ statutis præserim constitutione Sigismundi Imperatoris de A. 1414. occurrens, interpretatione authentica Collegii Electoralis hoc sensu acceptum; nihil firmi continet. Quodsi enim id sese ita haberet, quasiverim cur opera Episcopi Frisingensis PHILIPPI efficiendum fuerit, ut pactione amicibili futura controversia compонeretur, & ex ea FRIDERICVS Fratri succederet, ut memorat HVBERT. THOMAS LEODIVS (f)? Non minus & altera ejusdem Autoris objectio, *quod Statutum de A. 1375. expresse Majoratus vocetur*, facile refellitur: perhæpe enim Primogenituræ Majoratus nomen attribuitur, & apud Hispanos hoc Jus Majoratum vocari testis est ZOESIVS (g). Hoc ipsum liquido corroborat testamentum RAIMUNDI Comitis de Montecuculi de A. 1675. quod reperitur apud LVNIGIVM (h), nec non Majoratus Comitum de Khevenhüller, de quo Khevenhüllerische Kupfferstiche his verbis loquuntur (i): Hans Khevenhüller zu Achelberg Graff zu Frankenburg / war der erste Deutsche / so auf Spanische Weise ein MAJORASCO zu fundiren vom Kaiser Rudolpho Consens bekommen / darauf er in Oesterreich ob der Ems die Graffschafft Frankenburg zu einer Primogenitur gemacht.

§. 2.

Sed revertamur ad nostrum. Et is lapillulum habet, quo Juris Primogenituræ Statutum appetat. Putat p. 18. Adjunct. ab Imperatore ipsum confirmatum non fruisse, idque præcipue requiri. En modicum lapidem qui fundamitti

(f) in vit. Frid. II. Palat. L. 6. ad A. 1524.

(g) ad ff. de suis & legit. hered. n. 14.

(h) in Corpore Juris Feud. Germ. P. II. p. 372.

(i) T. II. p. 187.

mitti potest! Scit SCIOLVS, hanc confirmationem in medio Ævo non semper requisitam. Nihilominus eadem præcipue requiratur. Lepide, ut nil supra! Scire gestio, quomodo cum hoc præcipuo requisito illud FERDINANDI II. (k) conciliet: Es würde zwar ohne dies sothanes Primogenitur & Recht seinen Stand und Richtigkeit haben/ auch hinsüfro daben verbleiben / alleine der Zank & süchtigen Welt Zwiespaltungen und Irrungen halben / und weil andere dergleichen Confirmations-Briefe hätten/ man solchen Kaiserlichen Consens desfalls auch einholen wollen ; *cum superflua non noceant?* Dein id secum meditetur, quod usque ad tempora RUDOLPHI II. omnes quorum intererat in hoc Juris Primogenituræ Statutum consenserint, & tum demum confirmatio Cæsarea desiderata fuerit, postquam quidam vitilitigaverant: cuius rei ipse Imperator tam in loco superius allegato, quam verbis sequentibus testimonium perhibet: Und Uns darauf gehorsamst angerufen und gebeten / weil deswegen sich ohnlangst zwischen Ihm und seines damals noch minderjährigen Bruders / des Wohlgebohrnen Albrechten Graffen zu Hanau Vormündern / Strit und Irrungen ereiz gmt / auch dergleichen ins künftige von unfriedlichen Leuten / erwecket werden möchte. Wir geruheten zu Verhütung dessen / und Erhaltung dieser Graffschafft uhralten loblichen Herbringens nit allein angeregtes Statutum als regierender Admischer Kaiser zu confirmiren. Atenim vero Per-Illustris Dn. de LV DOLPH ad hunc effectum saltem confirmationem Cæsaream requirit (l): ne here-
-
(k) ap. Springfield. c. 5. n. 62.
(l) de Jure Primog. Aph. 13. n. 11.

des statuentium legem istam Successionis impugnare queant. Ceteroquin, nihil supreme Majestati officere ait, si illi dispositioni paternæ, vel Pacto suo acquiescere velint, perinde ut præteriti in Testamento, quod ipso jure nullum est, ad id impugnandum inviti compellinon possunt: & haec enim esse Successionem in Territorii Illustrium Juris privati. Et ad hunc effectum litium præscindendarum ipse Imperator FERDINANDVS II. confirmationis Cæsarea necessitatem restringit inquiens c. l. *Das zwar an Beständigkeit des Rechts der Erstgeburt kein Zweifel an sich seye/ gleichwohl die Interessenten / allem Streit um so vielmehr abzuheissen nicht übel gethan / das sie Kaiserliche Bestätigung daffalls gesucht.* Minimopere satis est, quod Confirmationis Cæsarea A. 1607. imperata fuerit; ita enim Statutum de A. 1610. Juri Primogenituræ conformiter interpretandum; quo similiter argumentorum obmotorum strues concidet, ut inferius dilucidius apparebit.

§. 3.

Quibus ita constitutis planius perspicitur, CENSOREM valde a via declinare, quando Dispositione REINHARDI II. & Pacto de A. 1458. Statutum Primogenituræ abolitum comminiscitur. Lectori solum suo id forte persuadebit, etiam meo, persuadebit nunquam. REINHARDVM II. ipso facto Statutum approbasse ex eo elucer, quod VLRICO VI. fratri primogenito usque ad mortem ipsius Regimen reliquerit, nuda administratione contentus, quam ex amica JOHANNIS II. Electoris Moguntini transactione una cum fratre Johanne capessiverat. Hinc postea contra proprium factum venire & filio suo primogenito REINHARDO III. jus primæva ista institutione quæsumitum

situm (m) auferre non potuit: *in Primogenitura enim fidum Patris non potest nocere filio: cum equidem mediante Patre, sed non beneficio patris, proprio potius Jure succedat nec quia heres sed quia Primogenitus est* (n). Multo minus ergo CATHARINA tanquam vidua REINHARDI II. legem Successionis fundamentalem tollere & Philippo Juniori Nepoti in Jure succedendi præjudicare potuit, maxime cum is tunc temporis adhuc minorenns attamen Regimen jam adeptus & administratione saltem propter minorenitatem destitutus fuerit. Haud abs re propter generalitatem rationis, *nemo*, DIETERICH ait, (o), *Successori in Jure Primogeniture præjudicare potest, neque per Contractum neque per delictum aut per Testamentum.* Idque eo minus si Successor in primogenio velut Philippus Junior non adhuc spe saltem sed aetuali Regimine gaudet. Sed vero nec ulli præjudicium disponentes inferre voluisse quilibet dixerit, modo justam adhibuerit interpretationem. Eventus ipse eandem suppeditat. Etenim REINHARDO II. successit Primogenitus ipsius filius REINHARDVS III.; consequenter juxta superius deducta & allegata ipso mortuo jus succedendi in solum Philippum JVNIOREM excluso SENIORE transiit. Atque id ipsum est quod Pacto de A. 1458. causam dedit, prout Illustris AVTOR Facti Speciei Hasso - Cassellanae pro eo, quo pollet acumine optime perspexit (p), & verba Pacti sequentia extra omnem dubitationis aleam

H 2 ponunt

(m) Molina d. Tr. L. I. C. 8. n. 20.

(n) ad A. B. Tit. 24. p. 99. seqq. Lyncker Decis. 802.

(o) ad A. B. Tit. 24. P. 99.

(p) p. 4.

ponunt: Hette Er (Unser lieber Schwager und Huszwirt Reinhart) Unsers lieben Sones Grave Reinhart des Jungern Tode erlebet, Er hette dieselbin sin Ordnunge und Satzunge virändert, und soliche vorgemelte Virgenglichkeit der Graveschafft Hanauwe understanden selber zu versehen, und die nit off einer jungen Personen, als Unser lieber Sone Philippus Grave zu Hanauwe der junge noch ist, lassen stehn. Quis adeo hebetis ingenii ut non videret, ex ipsius Catharinæ confessione maritum ejus salvo jure Primogenituræ inter liberos dispositisse & vi ejusdem omnia Nepoti PHILIPPO JVNIORI statim ex momento mortis Patris ipso Jure acquisita fuisse? Naturæ Juris Primogenituræ conformiter quippe quæ secundum BETSIVM (q) & NICOL. MYLERVM (r) ea est, ut bona ipsa integra, & sine aliqua diminutione gradatim perveniant de primogenito in primogenitum. Quod euidem ob teneram PHILIPPI JVNIORIS ætatem & dispositionem Avi ipsius ut PHILIPPO SENIORE matrimonium ante non permitteretur, quam si intra VI. annos masculi REINHARDO III. ad natum non fuissent, nato intra idem temporis spatium PHILIPPO JVNIORE, Stemmati interitum minabatur, non tamen sufficiens causa fuit primogenito jus suum auferendi sed saltēm prohibitionem istam Nuptiarum tollendi Apaganiumque augendi: plus enim illa in dicto Pacto addulcta ratio: Das Unser Schwager / und Sohne Philippus Graff zu Hanau der älter eine Eheliche Hauß- Frau nehmen müge / non involvit: quemadmodum etiam Testator in hunc casum familiae per ultragenitos conservanda sibi reservat.

(q) de Pact. Famil. Illustr. p. 476.

(r) de Stat. Imper. L. I. c. 2. 17.

servavit facultatem *in Ordnunge und Satzunge obegemelt zu verändern, zu meren, und zu myndern nach seinem Willen*, ut adeo augmentum Apanagii menti ipsius prorsus conforme fuerit, vi tritissimæ illius Juris regulæ, quæ id menti testatoris conforme, imo & ab eo dispositum ac ordinatum esse censetur, de quo interrogatus verosimiliter ita respondisset. Quæ adeo vera, ut secundum TIBINGENSES ultrageniti in casu dato Apanagii augmentum jure exigere queant (s). Nec negligendum in ipso Pacto A. 1680. cum Primogenito Comite FRIDERICO CASIMIRO inito pactum de A. 1458. de Apanagii augmentatione accipi: utriusque enim eundem finem esse publica ibidem fit professio. Quicquid vero illius gratia postgenito assignatum, per modum provisionis faltem accepit: Insonderheit aber Ihres jungen Vetttern, Herrn Graff Philipps Reinharden Gnaden zu obigem Ende gesnugsaam versorgt sehen möchten. Apanagium vero per modum provisionis concedi, neminem latet (t). Præterea hoc notes velim & Regulæ isti vulgatae: pro Jure communi in dubio faciendam interpretationem, hic locum esse. Cum enim juxta HERITIVM (u) Seculo quinto decimo, imprimis autem decimo sexto & septimo Principatus plerique & Comitatus ad Primogenitum Imperii summam rursus detulerint; consequenter Jus Primogeniturae in Principatibus & Comitatibus jus commune evaserit; non est quod dubii hæreamus, Pacta & Testamenta, ad eoque & Pactum de A. 1458. & Dispositionem paternam ad sta-

(s) Vol. VI. Cons. 41.

(t) Springsfeld de Apanag. C. 12. n. 16.

(u) de Special. Rom. Germ. Imp. Rebusp. §. 6.

ad stabiliendum Jus Primogenituræ & Apanagium declarari debere.

§. 4.

Atque sic ego censeo, videamus qua ratione tu contra censeas. Eo moveris, quod Pacto de A. 1458. divisione celebrata, non Apanagii Constitutio. Sed salva nihilominus res est: nam a divisione celebrata ad negationem Juris Primogeniturae nulla valet consequentia. Sæpe olim in Domo Austriaca divisiones factæ, singulæ vero Jure Primogeniturae salvo. Notatu digna in primis ad rem præsentem sunt verba Autoris der standhaften Behauptung der von Ihro Römischen Kaiserl. Majestät bey Dero Durchlauchtigsten Erz-Haus Österreich bestellten Erbsolgs-Ordnung sub Lit. F. dergleichen Theilungen müssen nicht allemahl pro vera divisione gehalten werden. *Aousara* autem esse divisionem veram & regressum linea Münzenbergicæ extincta Lichtenbergica ad portionem Philippo Seniori assignatam in Pacto hoc reservatum, solide deducetur in Scripto: Autorem suum in singularis paginis spirante cui rubrum: in Rechten gegründete Ursachen / warum Ihro Hoch-Fürstl. Durchl. Herr Landgraff Wilhelm zu Hessen-Cassel an die mit Hanau und respettive dem Fürstl. Hauß Hessen Darmstadt A. 1714 und 1718. errichtete Pacta überhaupt und ins besondere so viel das Aunt Babenhausen betrifft / nicht gebunden. Sed non deest CENSORI effugium: verba Pacti: und hiemidde so soll der vorgenante Unser Schwager und Sone Grave Philipp der elter vor sich und alle sine Erben EINEN GANZEN ABSCHEIDT von der Graveschafft Hanauwe und auch daran ein Genügen haben, plenam, ait, & aequalem separationem a

Comi-

*Comitatu Hanoviensi indicare, satisque declarare, non
fuisse Babenbusam & reliqua Apanagium sed celebratam ve-
ram divisionem. Aequo minus autem, si quid video,
verba einen ganzen Abscheid haben / ac abgefunden seyn
Apanagio obsunt. Cui vero ignotum Appanagiatos ab-
gefundene Herrn salutari (v)? Iстiusmodi locutiones
sub clausula stante certo casu & statu accipiendas esse ex
doctrina de renunciationibus nemo nescit, ubi sepius
filiae, quæ hæreditati gänglich / unwiederruflich renun-
ciarunt, stemmate masculino extinto nihilominus ad
eandem readmittuntur: qualem casum apud BE-
SOLDVM legimus (x). Quemadmodum ergo Clauſulæ hæ
ad votum agnationis perpetuo duraturæ restringuntur, ut
loquar cum FROMMANNO (y), seu quemadmodum TÜ-
BINGENSES A. 1721. easdem interpretati, daß solche
Verzichts-Schwestern ein für allemahl so oft sich ein Toz
desfalls in mascula prosapia zutragen würde / keine weis-
tere Forderung mehr haben wollen und sollen / ita quo-
que & hæc de casu florentis Stemmatis solummodo in-
telligenda. Idque vi expressorum Paeti verborum: Und
nit wütter noch ferner zu derselben Graveschaft zu sprechen
noch Recht haben, es mechte sich denn mit Todesfalle.
Quod cum vera divisione subsistere nequit. Porro CENSOR
ad verba Paeti und zu iglichen dieser Teylungs-Briefe pro-
vocat, postulans ut ostendatur, quis unquam hoc ayo
dixerit se celebrare divisionem constituto tantum Apan-
agio? En dextram fidemque! Ita Chronicon Austriæ
anti-*

(v) Springsfeld de Apanag. C. 1, n. 15, 19.

(x) Consil. 171. n. 29.

(y) cit. Disp. th. 51.

antiquum: Herzog Albrecht und Herzog Leopold schauen miteinander überein daz sie tailten die Lande also: daz Herzog Albrecht der allein hat einen Sun / Oesterreich solte besitzen / und Herzog Leopold der mere Kinder hat / solt die andern Landen alleine haben / daz ist: Steyer / Khernten / Khrain / die Windisch Mark / Tyroll mit ganzer Etsch / Elsassen / und alle Herrschaft in Schwaben. Cum itaque divisiones Austriacæ salvo Jure Primogenituræ factæ ; habes hic casum quem desiderasti. Quo te nunc vertas fere nescio. Evidet hoc adhuc detineris, quod datio Feudorum Archivium & reliqua omnia, quæ Comitibus Babenhusanis hic conceduntur, ut e. gr. ipsis homagium præstetur, nil aliud, si conjunctim sumantur indigitent, quam integrum superioritatem territorialem, minime vero Apanagium. At facile hunc offensionis lapidem evitare potuisses, modo in ratiocinando non adeo saltasses. Plus enim ex hisce omnibus non sequitur, quam Apanagium, quod Doctores (recte an secus, nunc disputatione nolo) vocant impropterum: ut jam solide ac eruditè pro more suo ILLVSTRIS AVTOR Faæti speciei Hasso-Cassellanæ annotavit: Gestalten dann / inquit Vir meritis suis notus, ohnedem in derglichen Fällen / wenn schon die postgeniti nicht bloß wie Apanagiati gehalten / sondern mit Landes-herrlichen Gerechtsamen abgefunden / und für regierende Herrn zu consideriren seyn / dem Juri Primogenituræ und dessen freyen Exercitio nichts derogiret wird / sondern solch eine Theilung ehender für eine Paragial-Absindung als pro vera divisione zu halten. Sed & accipe, quæ eam in rem differit HERTIVS (z): sunt

(z) cit. loc. §. 10.

exempla inquit, ubi natu minori quedam terræ portio cum omnibus regalibus, prærogativis, redditibus, commodis eo jure, quo major natu regionem possidet, tenenda & fruenda fuit tradita. Cum his confer præsens in singulis Pacti concernentibus passibus; modo per præjudicia poteris, idem cum illis sub eadem specie contine ri deprehendes. Quare cum teste HERTIO Dd. Apanagium, ad quod exempla ista pertinent, impro prium vocent, admodum insulsus esses, si casum præsentem ad idem referendum negares. Hisce præstructis jam cessabit, quicquid in Paeto quæstionis animi tui aciem quasi per caliginem perstrinxerat. Etenim in Apanagio impro prium postgenitis vasallagium, homagium præstandum, competitque Archivium, prout latius commonistravit SPRINGSFIELD (a). Nec perpetuum foedus introductum Apanagio impro priu repugnat. Evidem, quis unquam legit, exclamas, primogenitum cum Apanagiato hujusmodi Paetum iniisse? Sed magis mutus eris quam pescis, si exemplum, quod apud BETSIVM de Comitatu Ostfri siæ legitur (b), in medium produxerim. Ipse HERTIVS idem ad Apanagium sic dictum impro prium refert c. l. Ibi nimirum Decreto Cæsareo zwischen dem Wohlgebohr nen Herrn / Herrn Edzarten und Herrn Johann Gebrü dern Graffen und Herren zu Ost Friesland A. 1589. se cundo genito JOHANNI superioritas territorialis adjudicata, simulque foedus introductum, daß sie in Sachen die zu gemeinem besten / und Wohlfahrt des Landes gereichen vor einen Mann stehen / einer an dem andern und dessen Unter-

(a) de Apanag. C. XI.

(b) p. 531.

Unterthanen die unwegerliche Hülff und Folge haben und sonst jeder dem andern allen angenechmen Brüderlichen Willen und Freundschaft erzeigen solle. Qua fronte ergo assaris primogenitum solum, non Apanagiatum Jus sequelæ habere? Attende hic insuper quam apposite idem judicatum nostra quæ haec tenus contra te defendimus confirmet. Quæcunque JOHANNI hic adjudicata, accepit zu sein
ner gänzlichen Absindung / quod idem est, si verbis Paeti nostri enunciaretur ac: daß er hienidde einen gantzen Abescheid von der Graveschafft haben solle. Sed vero traditio terrarum ipsi non aliter fieri debebat, als gegen Festigung und würcklicher Herausgebung angebotener Caution, quæ in eo consistebat, daß solche bemelte Häusser und Aempler / da er Graff Johann keine Cheliche Männliche Leibes- Erben hinderlich / nach seinem Abgang mit ihrer Zugehör wiederum an seinen Brudern Graff Edzarten oder seinen ältesten Sohn / oder wen er an seine Statt zum Regenten und Lehns- Folgern benennen würde / wiederum ledig fallen sollen. Discas ergo ex hoc casu rogo, quod Apanagio improppio non repugnet postgenitis portiones ita assignari, daß sie damit einen ganzen Abescheid haben / item ut verbis Paeti utar, daz yre iglicher sich deszelbin ires Theyls sollen und mögen gebrochen und nyssen nach yrem Willen jre igliche Parthey ohne Intrag und Behinderunge der andern, & nihilominus fiduciam adjici, hoc est conditionem redeundi ac revertendi, unde pri-
mum venerunt, extinctis nempe masculis. Sed nondum, inquis, Apanagi constitutio in clara luce constituta est, cum PHILIPPO SENIORI portio sua assignata fuerit: damidde er sich als eyn Herre begeen und betragen möge, quibus verbis Territorii Dominus designetur. At planum
hac

hæc verba fundunt sensum, si ita accipiāntur: **d**amit er
sich als eine Person vom Herrnstand oder ein Graff bege-
hen und betragen möge / de quo, si conjugem cum liberis
aleret, propter minutam Apanagii quantitatēm despera-
bat. Nolo hic esse prolixus. Instruant te Illustris Dn.
KOPP (c) Hassia & Orbis erudit⁹ decus, & Celerissimus Dn.
ESTOR Amicus & Fautor multo honoris cultu
prosequendus (d), ubi Comites olim maluisse nuncupari
Dominos, quam Comites docte commentati. Cum qui-
bus optime concinit Celeb. Dn. WACHTERVS, quando
primis temporibus HERR titulum honoris fuisse solis Re-
gibus & qui proxime circa Reges sunt, Ducibus, Co-
mitibus & Dynastis proprium testatur (e). Nec his con-
trariatur SCHILTER, quamvis Adversarius ipsum pro-
se allegaverit: HERR enim verbum honoris sine supe-
rioritate denotare, explicate enunciat (f). Adde non a-
lia ratione verborum istorum intellectum ipsum Pactum
de A. 1680. exponere verbis: **I**nsonderheit aber ihres
Jungen **V**ettern / **H**errn **G**raff **P**hilipp⁹ **R**einharden
Gnäd. zu obigem Ende und damit Sie Sich mit reputa-
tion vermählen und vor Sich und Dero künftige Gemah-
lin den Stands-mäßigen Unterhalt finden können / genugo-
sam versorgt sehn möchten / bevorab Ihr Hoch-Gräff-
liche Gnaden durchgehends bekant / was die in A. 1458.
von Herrn Graff Philipp⁹ dem Jungen an dessen Herrn
Vaters Bruder Graff Philipp⁹ dem Altern zu eben
dergleichen Ende beschēne Cession des dritten Theils

(c) de insign. different. inter S. R. I. Comit. & Nobil. immed. p. 121. (d) in Tr. de Minister. pag. 232. seq.

(e) in Glossario p. 718. (f) in Glossario p. 402.

der Graffschafft Hanau-Münzenberg dem Gräflichen Haus Hanau vor sonderbahren Nutzen gebracht. At dabo quoque verbo isto Dominum Territorialem designari. An id in Apanagio impropio Jus Territoriale involvente inconveniens quid? Non ausim affirmare. Ea ratione *λογικασια* haud dubie finem accipiet suumque *περιττας*. Scrupulus unus restat non mediocris, qui te carpit. *Apanagiatum* objicis, terras ipsas usi*fructui* ejus concessas non posse vendere aut pignori supponere. Imo teste experientia hujusmodi Pactum nullibi haberet, nisi iis gentibus, ubi Jus Primogeniture non viget, sed omnes sunt *aequales*, nihilominus tamen in Pacto statui: Wer es auch obe yre eyner oder syne Erbin von seinem Teyle daz Ime hie in diesem Briefe virschrieben und zugescheyden ist, Igde wolten verkaufen oder versetzen es were Erbeschafft oder Phantschafft, der oder syne Erbin sollen daz dem andern oder deszelbin Erbin ein halb Jare zufornnt verkünden und zu wissen thun in yren versiegelten Briefen zu Hause, und zu Hoffe wolten der oder sin Erbin dann solches nit kauffen, oder daruff lyhen als viel als cyn ander ungeverlichen, so mochte der dem also Not were zu verkauffen, oder zu versetzen, zu Usgange des halben Jares solches daz er verkeuffen oder virsetzen wolte, einem andern verkeuffen oder versetzen weme er kante, us gescheiden Fürsten, darynne solte Ime der ander oder sine Erbin nicht tragen. Sed inania haec sunt: quia apud T V BINGENSES casus Apanagii improprii deprehenditur, ubi bona in Apanagiatum cum facultate alienandi translata, & JCri respondere (g): Wenn er oder einer ex descendantibus ejus solche Apanagii improprii ju-

re

(g) Vol. VI. Conf. XI.

re eingeraumte Güter verkauft hätte / wäre er verbunden gewesen / dem regierenden Herrn die ihm in istum casum reservirte N. *Si von dem erlösten prelio zu restituiren oder bezahlen.* Quodsi itaque Apanagio impropio haec non repugnat alienatio , multo magis illud eandem ad casum necessitatis restrictam jure protimiseos PHILIPPO JUNIORI ejusque descendantibus concessio , admittit. Atque sic reor scrupulum tibi injectum evulsum , viamque adeo planam stramat esse , ut jam ad ea quæ stabilitate Jure Primogenituræ sequuntur , tuto transitum facere quæamus.

§. 5.

Quoniam nimurum *Juris Primogenituræ essentialis conceptus* , recito verba Per-Illustris Dn. de LUDOLPH (b) , in ordine succedendi *lineali constituitur* , & præterea prærogativam sexus infert (i) , vi cuius AMALIA ELISABETHA non solum a fratre PHILIPPO MARYTIO ejusque filio PHILIPPO LUDOVICO sed & ab ALBERTO filioque ipsius JOHANNE ERNESTO , imo a Lichtenbergiis masculis excluderetur , quæ tamen prærogativa Nov. 118. tanquam iniqua reprobata ; facile contingere potuissest , ut ex eadem maxime propter incertam illam & capriciosam (Successionis promiscuæ) æquitatis imaginem , quæ sapenumero perniciosi erroris causa est , quemadmodum in l. 91. §. 3. ff. de V. O. indicatur , lis dubii eventus dictis Successoribus intenderetur. Quæ ut uno iœtu præscinderebatur , nec masculos in incerto relinqueret , AMALIAM ELISABETHAM sexus prærogativæ

I 3 con-

(b) de Jure Primogenit. Part. Spec. Aphor. 3. n. 2.

(i) conf. Coccej. in Deduct. T. I. f. 853.

confirmandæ gratia renunciare consultius visum. Et quoniam ipsimet conservatio Familiae in optatis erat, promta parataque ad renunciandum inveniebatur, modo prærogativa sexus Stemmate masculino extincto cessante, de regressu in suo ordine succedendi certa, & contra omnes lites, quæ ipsi forsan ab ultimi masculi filiabus imminarent, tuta esset. Quam suæ renunciationis causam finalē ipsam in Instrumento verbis planis exprimit: **Weil wir für Uns selbst besondere Neigung zu Aufgang des Stammes und Nahmens des Gräflichen Hauses Hanau tragen / und dazu bekanntlich seyn.** Eandemque sat aper-te Pactum successorium de A. 1643. prodit verbis: **Da-
hero Thro Fürstliche Gnaden auf eine und andere beweg-
lich gerhane Remonstrations aus sonderbarer guter Affe-
ction und Hohen Begierde / dieses Hoch-löbliche Haus zu
gutem Aufnehmen und Wesen zu befordern und solches da-
bey aufs beste möglich manuteniren und erhalten zu helfsen/
nicht allein vor sich selbst die uralte zu solhem Ende abges-
fasse Pacta Familiae und Majoratus und in specie die in An-
no 1610. ussgerichtete Erb-Vereinigung zu confirmiren
und hingegen was darwider hätte können movire
werden/ fallen zu lassen ic.** Jam vero hac causa finali in aprico posita Stemmate masculino Comitum Hanoi-
cortum extincto **AMALIAE ELISABETHAE** heredibus
regressum ad bona ab ipsa renunciata patere et si expresse
reservatus non fuisset; nemo negabit qui modo assicurus
fuerit, quæ in nostra Dissertatione I. demonstrata: in in-
terpretandis nempe Pactis Hered. Ren. ea admittenda
esse, quæ ex fine firme ratiocinio colliguntur (§. 98),
adeoque renunciationem masculis extinctis amplius subsi-
stere non posse (§. 99). Quibus consentanea tradit
WEH-

WEHNERVS (*k*), hoc juris recepti & a Dd. comprobatum esse scribens, quod filia a patris Successione per renunciationem in favorem masculorum etiam sine conditione exclusa masculis defientibus tanquam causa renunciationis cessante ad hereditatem paternam admittatur, allegans pro isto asserto plures Ddres. Et profecto si juxta CANCERIVM (*l*) in casu, quo renunciatio in talibus terminis facta, ubi saltem probabiliter conjecturari possit, quod ratio conservationis familie habita fuerit, tota renunciatio ad solos masculos restrin-genda sit, siveque masculis sublati, illa penitus corruat, multo utique magis in hoc substrato, ubi renunciatio expresse in favorem Stemmatis masculini facta, id admittendum erit (*m*). Quae ratio, curteste BESOLDO (*n*) secundum plurimorum doctorum sententiam in Renunciatione facta, dem Stammens zum besten / zu Erhaltung Adelichen Stammens und Nahmens Paetum regressus ad bona renunciata reservatorium pro tacite adjecto, & benigne presumto habeatur, & ipso Jure tacite insit, & contra si mascula soboles deficiat eo ipso renunciatio extinguatur, atque regressus reservatio virtualiter hisce verbis inclusa reviviscat. Tiresia ergo coecior esset qui non videret, multo magis in casu expressae reservationis renuncianti vel ejus heredibus regressum afferendum esse, cum jam monente CEPHALO (*o*) in claris omnis cessa-re

(*k*) in Confil. Francon. 100. n. 22.

(*l*) Var. Resol. p. 3. c. 15. n. 35.

(*m*) Anton. de Marinis L. 2. Resol. 189. Joh. Torre de Pact. futur. Success. L. 2. C. 10. n. 59. Tubingenses ap. Harprecht. Confil. Nov. 50. n. 202.

(*n*) Confil. 243. n. 17. (*o*) Confil. 65. n. 42.

re debeat disputatio. Hujus autem doctrinæ claritas adeo JOH. PAPT. HODIERNÆ affulxit, ut hæc duo, quod fratribus & masculis in renunciatione solitarie contemplatis, sublatis, pactum successorium exspiraverit, & tamen ex pacto regressus ad illam reservatorio, renunciatrici ejusdemque heredibus expresse vel tacite conventus regressus haudquaque competit, contradictione & incompatibilis judicari (p). Atque eccum in præsentiarum versamur in casu reservationis expressæ! Vin' verba reservationis? Ad sequentia animum & oculos refer: Im Fall aber über kurz oder lang zu was Zeit solches auch geschehen möchte / sich zutragen solte / daß die Graffen von Hanau / (welches GOTT gnädiglich verhüten wolle) alle mit Tod abgehen / und keine Männliche Erben von dem ganzen Gräflichen Stamm Hanau gebohren im Leben seyn würden / ist Uns Fräulein Ämilie Elisabethæ aussdrücklich vorbehalten / daß alsdann wir und Unsere Erben/ ohngesehen dieses Verzugs zu alten Gütern / deren Weib's-Personen erbuehig seyn mögen / auch aller andern Verlassenschaft als eine recht unverziehene Tochter der Graff und Herrschaft Hanau Münzenbergk / wie auch Hanau Lichtenbergk & zugelassen / auch darvor usf vorbeirührten unverhofften Fall des Männlichen Stammbs: Abgangs eine unverziehene Tochter seyn und bleiben / und dafür jetzt alsdann und dann als jetzt geachtet und gehalten auch ohne einige Verhinderung oder Anzug denen Gräflichen Hanau Münzenbergk & und Hanau Lichtenbergischen Männlichen Stamm zu guten jetzt bewilligten Verzugs neben Unseren Schwestern oder anderen Muhamen und

(p) ad L. 6. Qu. 51. n. 55. & seqq. Cod. de Sec. Nupt.

und Baasen / so vom Hauß Hanau furhanden und nicht verziehen seyn würden oder deroselben Erben zugelassen werden sollen. *Quod cum evenerit, ingemino cum Bb. DNN.* Antecessoribus in casu simili (q), masculique ex stirpe (Lichtenbergica mortuo JOHANNE REINHARDO ultimo) jam supersint nulli, & sic conditio sub qua successionem illa (Amalia Elisabetha) sibi (suisque heredibus: daß alsdann Wir und Unsere Erben zugelassen werden sollen) reservavit, verificata sit; est quod voluntati ejus de qua satis constat, satisfiat, ipsaque (modo ejus haeres, Serenissimus Princeps ac Dominus WILHELMVS Hassiae Landgravius Dominus longe Clementissimus, post repudiationem Potentissimi Suecorum R E G I S, Principis ac Domini nostri longe Clementissimi, in favorem proximi Agnati simpliciter factam) ad petitam Successionem admittatur. Quod eo minus dubii quid involvit, quo prudentius clausulae Reservationis qualitas masculinitatis inserat, verbis: **im Fall aber keine Männliche Erben von dem ganzen Gräflichen Stamm Hanau gebohren im Leben seyn würden/ de qua noranter Excellentissimus olim Cameræ Assessor THOMAS MERCKELBACH (r): Es wäre wohl besser/ daß Clauses Reservationis dergleichen Qualitas Masculinitatis inserirt würde/ zu Vorbauung künftiger Irrung: doch halte ichs darfür/ daß da unsere Renunciation sollte zu einer Rechtsfertigung gelangen/ den Renunciantibus der Sieg desselben nicht möge abgesprochen werden.** Egregie quoque hanc succedendi rationem supremorum Imperii Tribunalium judicata capite præcedente adducta confirmant. In id tamen adhuc inquirere

K

ope-

(q) apud Klockium in Consil. Marb. Tom. IV. Consil. 13. n. 28.

(r) apud Klockium in Consil. Marb. Vol. I. Consil. XX. n. 30.

operæ pretium erit, quid reservata ista Successio sub se comprehendat. Verba quidem regressum zu allen Gütern/ deren Weibs / Personen Erb / vezig seyn mögen/ auch aller andern Verlassenschaft admodum breviter sed significanter continent: atramen si explicati singula eruere velis, eo animum adverte , quod Pactum reservativum, in renunciatione comprehensum non nisi accessorie ponatur ad renunciationem præcedentem : in Pacto accessorio autem omnes qualitates , circumstantiae & pacta primi contractus principalis repetita censeantur (s). Hinc enim , cum Amalia Elisabetha aus eigener Bewegniß und wohlbedächtlich renunciaverit, uss die ganze Graffschafft und Herrschaft Hanau Münzenberg / wie auch Hanau Lichtenberg &c. So viel die Grave von Hanau Theil und Gerechtigkeit daran haben / derselben ein und Zugehörungen / und allen andern / so genannten Graff- und Herschafften jeko zusteht / und künftiglich anzfallen oder durch Kauf / Wechsel oder in andere Weise dars zu gebracht werden möge / es seye an Land/ Leut/ Stadt/ Flecken/ Ober- und Herrlichkeit/ Eigenlehen/ Pfandschafft/ Haarschafft/ Gold/ Silbergeschirr/ Kleznoter/ beweglichs und unbeweglichs/ wie oder was gestalt das geschehen/ oder Nahmen haben möchte/ nichts ausgenommen / auch auf alle andere neben und Beyfälle &c. necessario sequitur, quod Successio ex Pacto reservativo hæc singula complectatur. Quare cum Comites Hanoici de Comitatu Lichtenbergico participant , quoad partem illam tertiam Comitatus Münzenbergici per modum Augmenti Apanagi PHILIPPO SENIORI a JVNIORE cessi, &

(s) L. 18. C. de Fidejuss. L. 94. d. V. O. Alexander n. 5. & Jason num. 6. ibidem.

& cum onere restitutionis ad Stirpem Lichtenbergicam translati, illa autem pars tertia Praefecturam Babenhusanam sub se complectatur; collectu facile est, quod & eadem in specie una cum mobilibus cuiusvis nominis præter cætera universitatis bonorum, ipso jure ad Serenissimum AMALIAE ELISABETHÆ Heredem, qui in ordine genituræ primo loco, reversa fuerit. Quodque Pacto reservativo satisfieri nequeat, si dicta Praefectura separetur, vel inde cuivis patere existimo, quod eodem AMALIAE ELISABETHÆ in eventum deficiens Stemmatis masculini Comitum Hanoverorum concessum fuerit, eine unvergleichene Dochter zu seyn und zu bleiben / und dasur jetzt als dann und dann als jetzt geachtet und gehalten zu werden. Sic enim ipsa modo ejus hæres, eo ordine succedere debet, quo successura fuisset renunciatione non facta, ad que ob introductum per prædicta Jus Primogenituræ, vi inde fluentis terrarum individuitatis in suo ordine sicut masculi. Quare cum illi successerint etiam in illa parte tertia, ad quam Praefectura Babenhusana pertinet, perinde ac Primogenitus eandem ob rationem ante Pactum de A. 1458. in ipsa successit; per naturam surrogati necesse est, ut eadem & nunc ad AMALIAE SERENISSIMVM Successorem perveniat. Secus si pronuncias, clausula jetzt als dann und dann als jetzt / frustra adjecta, quippe quæ juxta STRAVCHIVM (t) BE SOLDVM (u), RVDINGERVM (v), id operatur, ut unum tempus alteri insit, videlicet prælens tempus in futuro, & e converso, & ita dispositio in qua eiusmodi verba ponuntur, retrotrahatur ad tempus actus.

K 2

§. 6.

(t) Lexic. Part. h. voc. n. 2. (u) Thes. Pr. Lit. 4. n. 9.

(v) Observat. 6.

§. 6.

Hac clausula Reservativa in luce posita; & ea, quam Pactum de A. 1458. continet, pleno lumine fulget. Quoniam enim AMALIA ELISABETHA ita se renunciare declaravit, ut sibi uss die in dem Hanauischen Stanibrechte und Erbverein vorbehaltene Fälle / gebührende Ahnwartung und Erb-Gerechtigkeit reservare velit; nec hi casus, nec Jus succedandi in eos reservatum aliter quam Clauses Reservativa intelligi debent. Cum igitur haec jus involvat extinto Stemmata masculino vi Primogenituræ & Successionis linealis in totum Comitatum Hanoco - Müntzenbergicum succedendi (§. 5); eundem quoque clausulae Pacto de A. 1458. inserræ intellectum statuendum esse, sana jubet ratio. Quando ergo ILLYSTRIS AVTOR Deductionis Hasso - Cassellaneæ verba Paeti : *Worzu dann yre igliche Tochter recht hätte daz sollte yre und yren Erbin folgen und werden*, interpretatur: das ist nach Art des Primogenitur-Rechts & juxta Successionem linealem die Tochter aus des Primogeniti Linie/ alles was zur Hanau-Münsenbergischen mit dem Jure Primogenituræ affirten Erbschafft gehöret/ verum vidit, atque non solum ut res est sed & idem dixit, quod Pactum de A. 1610. apertius indicat, verbis: alsdenn soll denen Töchtern oder Ihren Erben eines jeden Stammes die nächsten / um geachtet ihrer dem Männlichen Stamm zu guten gethaner Verziegk / dasjenige / darzu Sie Recht haben werden / in allermassen / als ob diese Erb-Einigung nicht aufgerichtet / noch von Ihnen denen Töchtern dem Männlichen Stamm zu gutem verzichten worden wäre / ohne Männiglich's Eintrag wieder zufallen und eingeraunt werden. Quamvis enim in Darmstadina Deductione p. 31. proximitas

mitas ab ultimo possessore aestimetur, attamen opinionem hanc non solum in *Cap. preced.* obelo confixi, sed & Per-Illustris Dn. de LYDOLPH redarguit, quando Jure Primogenituræ introducto illam foeminae reservatricem succedere affirmat (*x*), quæ est linea propior. Quoniam itaque ea dubio procul propior linea, quæ ex primogenitali est: dum in ordine primogenituræ ordo senioris linea respicitur: ex ea vero superest AMALIA ELISABETHA modo ejus haeres; neque majus neque verius est, quam quod huic secundum ipsum Paetum de A. 1610. Jus privative succedendi competit. Hucque ipsa renunciatrix respexit verbis: *Daz Wir neben Unsern Schwestern oder andern Muhinen und Baesen / so vom Haß Hanau für Handen / und nicht verziehen seyn würden oder derselben Erben zugelassen werden sollen:* hisce enim non solum significavit sed & declaravit, quod equidem pro nunc jure sibi favente uti nolit, at in casum defientis Stemmatis masculini Successionem sibi suo ordine non minus salvam velit, ac est iis, quæ non renunciarunt. Qua fide ergo descendens ex ultimo masculo foemina cum ipsa saltem ad Successionem adspirare, nedum ipsa exclusa privative succedere posset. Et nimis diluta sunt, quibus illa ILLYSTRIS AVTORIS interpretatio in notis Darmstadinis impugnatur. Sic quandop. 30. n. 75. & 76. asseritur temporibus antiquis eam Juris Primogenituræ formam non fuisse, quam ILLYSTRIS AVTOR defendit, error nimis crassus committitur. Jam sub HENRICO IV. hac forma Successionem linealem involvente induitum in SAXONIA comparet. Juxta eandem namque ORDVLPHO seu OTTONE Duce mortuo Ducatus teste LAMBERTO

SCHAFF-

K 3

(*x*) de Jure Fœm. Illustr. P. II. C. I. Aph. XXVI. n. 1.

SCHAFFNABVRGENSI legitima Successione ad ejus filium magnum, excluso patruo HERMANNO devolutus, huicque in Feudis Apanagium Comitis elogio permisum, quemadmodum ex HELMOLDO colligere est (y). Nec diversæ formæ in Domo Austriae reperitur Primogenitura a FRIDERICO I. in Comitiis Wormatiensibus A. 1156. concessa (z), & a FRIDERICO II. in Comitiis Veronensisbus A. 1245. confirmata (a). Eandem quoque in Lotharingia Ducatu, Primogenitura RENATI II. Testamento A. 1326. introducta, observare datur (b). Quinimo dum MARGARETHA Terram Hollandie & alias hereditarias fratre WILHELMO IV. Comite mortuo tanquam proximior & soror natu major ad Bavarios traxerat; HENRICVS REBDORFIENSIS MONACHVS ad A. 1347. testatur, hanc natalium prærogativam etiam inter foeminas post prærogativam sexus cessantem readmissas ex consuetudine patriæ observatam fuisse, perinde ac apud OTTONEM FRISINGENSEM ac GVNTHERVUM in Burgundia & Comitatu Provinciæ apud MATTHEVM PARISIENSEM ad A. c. 1000 ad 1150. Saltem eadem forma Juri Primogenituræ a temporibus CAROLI IV. denegari nequit, ob disertum Aureæ Bullæ C. II. §. 2. locum, & exempla quæ apud MYLERVM (c), KNIPSCHILDIVM (d), & TITERVM (e) suppetunt, quibusve constat in Principatis & Comitatibus ad normam Aureæ Bullæ Jus Primo-

moge-

(y) L. 1. C. XXII. §. 6. Chronic. Slav.

(z) Goldastus T. I. Constit. p. 302.

(a) Limnaeus L. V. C. 2. n. 31. Knipschild. de Fideicom. Fam. C. VI. n. 285.

(b) Lunig. Part. Spec. Contin. II. IVte Abth. XVter Abs.

(c) de Princ. Imp. c. 21

(d) de Fideic. fam. c. 3. n. 28. c. 6. n. 282.

(e) de Feud. Imp. C. 12. §. 15. seqq.

mogenituræ resuscitatum fuisse. Cum adeo non aliam Vir Illustris intellexerit Juris Primogenituræ formam & Paetum quæstionis A. 1458. initum sit, est quod quisque ejus interpretationem optime fundatam agnoscat. Perperam quoque ad not. I. remissio fit: quæ enim ibi leguntur falso supposito innituntur, quasi successionis linealis fundamentum Jus representationis sit. GROTIUS pro meloquatur (*f*): *in successione lineali ait, observari solet non jus illud subitionis in locum que representatio dicitur, sed jus transmittendi futuram successionem quasi delatam lege scilicet ex spe, que nihil ex se et naturaliter operatur, Jus quoddam verum excitante.* Cui suffragatur JOH. STRAVCHIVS eximius JCtus (*g*). Multo magis ergo a vero abhorret quod in not. 76. afferitur, successionem linealem A. 1458. in Germania prorsus ignotam fuisse: cum A. 1550. adhuc modus succedendi secundum lineas observatus non fuerit. Contrarium statuminant exempla supra allata, & Familia COMITVM HENNEBERGICORVM extincta, in qua constitutione BERTHOLDI possessoris hujus Comitatus jam A. 1310. idem ordo succedendi obtinuit, quod testatur LEISERVUS (*h*). In Constitutione RUPERTI II. Electoris Palatini sub dato Heydelberg auf S. Margarethen Tag A. 1305. apud TOLNERVM (*i*), idem cuivis obvius. Quibus accedit Privilegium quod Serenissima Domus Württembergica a MAXIMILIANO I. A. 1495. impetravit, & extat apud HORTLEDERVUM (*k*), in quo linealis Successio gracie

(*f*) L. 2. C. VII. §. XXII.

(*g*) in Dissert. Jur. publ. p. 353.

(*h*) de Apanag. th. 27.

(*i*) Cod. Diplom. Pal. p. 134.

(*k*) T. I. L. III. C. I.

phice descripta, adeo ut omnes illæ tricæ succisæ, quæ cæteroquin in Illustribus Familiis aliis, de patruo et Nepote, cuius pater vivo avo, ac delata nondum hereditate, deces- sit succrescere solent ac subministrare copiosam dubitatio- num & litium materiam, succisæ. Jungatur conventio de A. 1535. inter HENRICVM & fratrem WILHELMVM Duces Brunsvicenses de Jure Primogenituræ inita, cuius In- strumentum idem HORTLEDERVS suppeditat (*l*), cuive tanquam legi & post in Ducatu Brunsvicensi, Li- neæ Welferbyrensis Primigeniti solius Successio innixa fuit. Quisque a præconceptis opinionibus liber cum STRAVCHIO l. c. Successionem linealem hic contuetur. Ecqui alias fieri potuisset, ut A. 1550. HER TIO teste (*m*), OTTO HENRICVS intentionem suam contra patruum FRI DE RICVM II. in lineali Successione fundans, Consilia JCtorum in Germania pro se habere potuisset, si eadem tunc tempori- ris in Germania observata non fuisset? Quod vero secun- dum eandem OTTO HENRICVS non successorit, id non a deciso Electorum, sed ipsis paetione amicabili dependet, uti supra jam monitum. Neque aliquid singulare continet (*n. 77.*). Adstruat Paeto d. A. 1458 filias masculorum æquiparatas fuisse. At in quantum? Saltēm quoad jus succe- dendi ordine legitimo succedendi salvo. Hinc Paetum de A. 1610. proximiorem præfert. Evidem porro obvertitur, eam & in primogenio proximiorem esse quæ ultimo pos- sessori propior. Quid sivero id concedam? Cum namque secundum Paetum de A. 1610. ita succedatur, als ob die Erbeinigung nicht ausgerichtet / noch von Ihnen de- nen

(*l*) L. 4. C. 31. (*m*) de Special. Rom. Germ. Imp. Rep. S. II. §. IX.

nen Töchtern dem Männlichen Stamm zu gutem verziehen worden wäre / ultimus possessor qui attentendus venit non est JOHANNES REINHARDVS, sed REINHARDVS III ; consequenter ab hoc non illo proximitas æstimanda. Atque hic est cuius bonis fuit renunciatum , utpote bona conjunctim possidens. Proximitatem vero ab eo æstimandam esse in Diff. II. §. 35. luculenter probatum dedi. Levis quoque momenti est , quod in not. 78. opponitur , Jus Primogenituræ nulla lege Imperii fundatum esse. Si & non scripta subintelligatur , id negamus atque pernega-
mus. Modo enim annotatum , quod postquam a CARO-
LO IV. in Electoratibus Jus Primogenituræ restauratum ; idem in Principatibus & Comitatibus ad exemplum resu-
scitari sueverit , ut adeo in iisdem Jus Primogenituræ
Observantia indubia adeoque lege non scripta nitatur : cui
dein Confirmatio Cæsarea accessit. E simili penu venit quod
Apologeta de duratione Juris Primogenituræ (not. 79.) fo-
ras dat , quasi illud extincta linea masculina expiraverit.
Obloquitur ei ipsum Statutum verbis : also daß allewegen
ewiglich numime dann ein Herr seyn soll zu Hanau / wenn
das von Unsern Oltern auch also auf Uns ist kommen.
Cumque prærogativa sexus linea masculina extincta adeo-
que ratio foeminarum exclusiva cessen ; ratio Juris Primo-
genituræ adhuc subsistat in proclivi est statuere , quod li-
nea masculina extincta Jus Primogenituræ non exspira-
verit. Plura de hisce differere supersedeo , ne falcam in
alienam messem immittere videar , quæ enim hactenus
demonstravi , ad mea contra SENCKENBERGIVM stabilien-
da multum faciunt. Vnicum tamen adhuc in deductione
Darmstadina sicco pede transire nequeo , quoniam το κρ-
τουνον concernit , mihiique valde oblitare forsitan videri pos-
set.

L

set. Opponitur nimirum pag. 29. de filiabus renunciaticibus dici, daß sie sollen abgemehrt seyn. Quod vero istiusmodi verba ad masculam prosapiam restringenda & ita capienda sint, ut florente sexu masculino & agnitione renunciatrici, quoties masculus mortuus fuerit, quævis prætentio ademta sit, in superioribus jam adfuit, atque per tradita HARPRECHTI (*n*) patet; sed & per reservationem regressus ad bona renunciata in eodem Pacto renunciaticibus expresse indultam ad liquidum veritas explorata est, adeo ut cum extantibus masculis sufficienter hæc verba operata, eorum vis ulterius absque ratione sufficiente & contra regulas bonæ interpretationis extendetur, quemadmodum jam de MARINIS (*o*) tradidit.

§. 7.

Ad hæc horrescit SENCKENBERGIVS haud dubie. Alter enim se demonstraturum §. 97. intonat in bonis omnibus Münzenbergicis, Hanoicis Avitis, Lichtenbergicis, Ochsensteiniensibus & Bitschiacis proximiores foeminas aut filias, remotiores vel amitas exclusisse. O singularem prorsus fiduciam! Quam vereor ne inconsulta isthæc audacia demonstrandi in nervum denique erumpat. Meret enim in integro Cap. VII. narrantur commenta, & ædepol liræ, liræ. Nolim rugas contrahat: dictis fidem faciam. Et ecce primum illoco argumentum docet, me non

(*n*) in Disput. de regressu ad bona ab Illustr. princip. filiab. renunc. eriam in casu Stemmat. prors. subl. vere vel solum apparenter præcluso §. 15.

(*o*) L 2. Ref. 189. seq.

non inani metu fuisse. Ita enim rationes subducit: *Defuncto A. c. 10 CCLV. VLRICO II. hereditatem 6. ejus sorores creverunt. Nulla hic mentio remotiorum, nec ha aliquid sibi deberi vel per somnum existimarunt. Quale παρεπαγμα est, quantumque quod nunc appareat?* Quoniam nulla hic mentio remotiorum; ergo remotiores adfuere! Quoniam remotiores ne per somnum quidem sibi aliquid deberi existimarunt, ergo renunciarunt, & regressum sibi reservarunt; consequenter satis abundeque constat proximiores foeminas remotiores reservatrices excludere! Potestne magis deridiculi quidquam excogitari? Itaque praeſcine dixerim, te ex rationibus extrinſecis ad conscribillandum animum adpulisse. *Quis enim istiusmodi ineptæ loquacitatis specimen a Te alias non ubivis inepto exspectaret.* Cæterum juvat paulo plus addere, a vero nimirum procul distare quod afferis, *VLRICO II. 6. Sorores fuisse. Earundem saltē 4. fuere. In quo mihi & Lectori alcyonia otiumque indulgere potuisses, si legisses, quæ Illustris Dn. KOPP in Tabella Genealogica Dominorum de Münzenberg (p) magna cum eruditione ad liquidum perduxit: hujus lumine vidisses profecto certiora. Vlterius obſcro perpendas, quod Sorores istæ Jure Successionis hereditariae ad bona fratris admissæ dicantur in Copia Confirmationis über das Schönbergische Antheil de A. 1282. (q). Cum igitur hic disputetur de Successione conventionali, vehementer iterum vapulas. Frustra quoque sunt, quæ pro defendenda exclusione foeminarum remotiorum*

L 2 per

(p) de different. p. 542. (q) in Deduct. des Gräffl. Stolberg. Erbrechterns auf Königstein 1663, fol. 4.

per proximiores in ipsis Hanoicis terris magno strepitu tentas, objiciendo Diplomata ALBERTI Regis de A. 1306. & LVDOVICI IV. de A. 1315, ubi filias sororibus præferendas esse satis exserte statuatur. Contrarium potius inde colligo: nam Adelheidis VLRICI soror præ filiabus ipsius jam A. 1306. Jus in Feudis Imperii succedendi ex ALBERTI privilegio adepta. Alias filiabus privilegio LVDOVICI opus non fuisset. Nil quoque insoliti in feudis esse, ut vocabulum heredis legitimi, solos masculos denotet, annotavi in Schol. §. 25. Diss. II. Nec implicat haec concessio. Quemadmodum enim LVDOVICVS A. 1332. Feudum Imperio apertum fratri & sorori simul concedere potuit, qualem casum apud HYNDIVM legimus (r) quando inquit: Verlich Käyser Ludwig dem bessten Mann / off dem Greiffen und seiner Schwester Casthrey und ihr beider Erben / die Vogten zu Altminster / die Hermann Selig von Vorbach zuvor zu Lehren gehabt re. ita ALBERTVS in istiusmodi Feudo filiabus ultimi Vasalli ejusdem sororem præferre potuit. Cum adeo ADELHEIDIS jus succedendi prius acquisiverit, illud ipsi invitæ auferri non potuit. Quod maximo argumento est, eandem nonnisi libere consentientem fratris filiabus A. 1315. postpositam fuisse. Nec cætera, quæ annexis, exempla ullius vis sunt. Etenim partim Successionem ordinariam concernunt, velut illud de Breubergica successione integra ad filias Ebirhardi transmissa, partim feudalem iterum velut illud de Babenhusa vi primæ investiturae 1372. semper filiabus concessa. Hic vero de successione extraordinaria conventionali quæritur. Væ vñ
mihi

(r) in seinem Bäyerischen Stammbuch T. 2. p. 266.

mihi rem habeo cum homine qui nescit distinguere! Mittamus ergo haec inania, & nos potius convertamus ad id quod ipse iactas maximum, ad Renunciationem nempe ELISABETHAE JVNIORIS de HANAUWE de A. 1410., cum hac reservatione factam: *Ußgenommen abe unsre Vetttern von Hanauwe vorgenant von Todis wegen abgeiengen ane Libes Erben.* Vnde ipsam hancce Comitem foeminam agnoscisse infers, se filiabus ultimi possessoris cedere debere & quidem pro Lege Familiæ solita. Qua opinione tibi non parum places, imo adeo ut in Epistola dulcissima ad suavissimam Tuam Animam, renunciationem hanc non nullis bilem moturam glorieris. Quæ intemperiaz te agitant! Ita in gyrum te volvit præsumptus error, ut nec videoas nec audias, sed sensibus quibusque repugnes. Jamjam demonstravi §. 25. Diss. II. vocabulum *Leibes-Erben* in materia renunciationum interdum impro priandum esse. Quo referre merito possis, locum apud STVCKIVM (s) Per-Illustri Du. de LVDOLPH admodum commendatum: *heredis nomen*, inquit, *non unimode semper accipitur, sed ejus interpretatio fiat, prout conditio personarum & natura dispositionis actuum & rerum expostulant.* Jam vero tralatitium est, Dispositionis exclusivæ filiarum in Familii Illustribus rationem finalem conservationem Familiæ esse. Vnde cum ELISABETHA cum matre sua renunciare se dicat, als von der Herrschaft von Hanauwe wegen vereinigt und gerichtet ist (t); sequitur, quod vocabulum *Leibs-Erben* in illa dispositione & renunciatione ad solos masculos, seu per quos solos familia conservatur, restringi debeat. Cui hanc quoque rationem PE-

L 3 M 25 D 2.1b TRVS

(s) P. I. Conf. 12. n. 87.

(t) Beschreib. der Hanau Münzenb. Land Lit. F. Beyl.

TRVS ACTOLINVS (*u*) adjicit: ut minus quam fieri possit dicatur renunciatum. Quodque hoc vocabulum *Leibes-Erben* huic nostræ sententia non officiat, vel ex iis olfacere potuisses, quæ TVBINGENSES (*v*) cum CARDINALI de LVCA affirmant: *sæpiissime pragmaticum vulgus turpiter decipi solam literam sectando & non considerando, quod frequentius verba & clausulae non sint partium, sed Notarii*. Quodsi autem præter veritatis confortes in nostra Dissertatione allegatos plures desideres; desiderio tuo lubenter velificabimus. Evolve BOTTLIERIVM (*x*), HORATIVM MONTANVM (*y*) HODIERNAM (*z*), HARTM. PISTORIS (*a*), CANCERIVM (*b*), singulos in nostris Castris deprehendes.

§. I. 8.

Quod attinet exempla, quæ a §. 100. usque ad §. 103. advocas, statim dicam quod res est: omni nisu iterum nihil egisti. Spectant partim ad Successionem feudalem, partim ad Successionem ab intestato Juris Civilis, quo etiam pertinet Successio in feudis hereditariis. Cum itaque de his succedendi modis hic quæstio non sit, sed de Successione anomala conventionali, quorsum tam immensa exemplorum rem non tangentium seges? Mallem vadi-

(*u*) Resol. Jur. 40. n. 3.

(*v*) ap. Harpr. Tr. 3. R. 3. n. 178.

(*x*) de Succ. ab intest. C. 2. n. 17.

(*y*) de Renunciat. Controvers. c. 9. n. 6.

(*z*) ad L. 6. C. de S. N. Q. II. n. 38.

(*a*) L. IV. Q. 6. n. 45.

(*b*) Variar. Resol. P. 3. C. 15. n. 33. 34.

dimonium deserere, quam ita disputare. An ignoras Successiones sicuti communes ita & feudales regulari & alterari ex pactis (*c*)? præprimis moribus nostris, ubi etiam ex nudo pacto nascitur obligatio. Hæc ut eo clariora fiant, tenendum paulo explicatius, in feudis foemineis, ad quæ referenda e. gr. illa, quæ CONRADVS Dominus de LICHENBERG ab Imperatore & Romano Imperio tenuit & RYDOLPHVS I. A. 1289. ipsius filiabus quoque concescit, si ipsum sine masculis heredibus contingere decedere, foeminam semel exclusam semper, nisi novum factum superacceperit, manere exclusam, ut latius executus BIRSCIVS (*d*). Ob id proximioris præ remotiori veluti filiae præ amita a patre exclusæ in Successione prærogativa sit necesse est. Quod vero huic Regulæ in materia renunciationum locus non sit, aliquoties jam demonstravi; ad eoque plura hac de re nolo differere, ne eadem iterum dapes inferantur in ferculum tedium excitaturæ Lectori. Et dabo cæteras Alsaticas terras feuda mere hereditaria esse, sicut in iisdem secundum modum Juris Civilis succedi (*e*), juxta quem proximiores foeminae remotioribus præferuntur. Inde vero perperam quis tecum ad Successionem conventionalem concludat. Eoque paralogismus insignis est, a quo minime tibi cavisti. Quo vero intelligas etiam in Alsacia, si renunciatio sub clausula reservativa facta, eundem quem defendimus succedendi ordinem observari, attende ad ea quæ Cl. NAGELIVS annotavit (*f*), FERDINANDVM III. ad ordinem Equestrem

(*c*) Wesenb. I. C. 15. n. 73.

(*d*) in Comm. ad J. F. L. I. Tit. VI. p. 103.

(*e*) Struv. in Synt. J. F. C. IV. §. 12.

(*f*) ap. Burgermeist. Thes. Equestr. T. I. p. 592.

strem Alsatiæ ante illud Statutum Equestre in A. 1652. per Rescriptum consensisse in confectionem ejusmodi Statuti, ad interim autem per literas patentes Parentibus permisso de adstringendo filias ad renunciationem in allodiis, relicta tamen illis legitima. Cum itaque, ut plenius supra expedivi, vi Statuti illius & reservationis, quam involvit, proximiiores fœminæ remotiores in Successione non excludant, idemque in cæteris Ordinibus Equestribus obseruantæ sit, non est cur dubii hæreamus, quin idem in eodem casu in Alsatia quoque obtineat. Adde unicum illud, in singulis allatis exemplis de Jure Primogeniturae non constare. Quod cum Successionem AMALIAE ELISABETHÆ licet intuitu ultimi masculi lineæ Lichtenbergicæ filia ipsius remotiori deferat; quam inepte exempla hæc accersiveris, ad oculum patere puto. Restat ultimum argumentum §. 103. quod ingentis ponderis tibi videtur, & forsitan alii te elephantum paritum credent. At qui plurimum salis habent, ne murem quidem arbitrabuntur. Intuemini Heroem in ratiocinando! Quoniam MARGARETHA, PHILIPPI JUNIORIS Soror, ejus ut & PHILIPPI SENIORIS filiabus postposita, præcipitanter concludit, quod in genere fœmina proximior ultimo remotiorem excludat. In superioribus deducere jam defunctus sum, quod Paetum de A. 1458. nonnisi Jure Primogeniturae salvo subsistat, nec ulli disponentes præjudicium inferre voluisse censendi sint. Quare cum hoc obtineri non potuerit, nisi MARGARETHA lubens in illam filiarum prælationem consenserit; exploratissimum est, quod aërem ferias, quando exemplo hoc palmam nobis e manibus eripere conaris. Sane in promtu est ratio, cur MARGARETHA non dissenserit, quod nimirum contenta esse decreverit, cum augmento dotis mit einer

Zugabe

Zugabe und Heynestüwer: ob quam causam sæpissime
in favorem utriusque sexus descendantium masculorum
familiam conservantium cum reservatione regressus re-
nunciationes fieri solent.

§. 9.

Vides ergo nobis non deesse, quibus opus quod hic
molitus fuisti, non levi ruina disjicitur. Nec mirum:
nam in ruinam prona sunt, quæ sine fundamento crevere
ut ait SENECA. Quam fculnea vero argumentorum
tuorum fundamenta sint, affatim me demonstrasse reor.
Cedo (ut me in summa colligam) quid infirmius, quam
quando §. 71. seqq. fundaminis loco ponis renunciatio-
nes & reservationes superflui quid fuisse? Quod ipsum
gravissima a nobis C. I. §. 2. seqq. producta argumenta qua-
tere, nemo a studio partium liber negabit. Ecquid imbecil-
lius, quid magis cachinnis dignum, quam quando con-
troversiis personarum Illustrium decidendis adhibes Le-
ges WISIGOTHORVM, BVRGUNDIONVM, RIPVARIO-
RVM, BAIORIORVM &c. & secundum eas filias con-
demnas, ut hereditates fratribus relinquant, atque easdem
ab actionibus absolvis, quibus remotiores reservatrices
bona renunciata sibi vindicant? Memoriam meam hic
ubi Legum antiquarum vigorem in genere defendis,
subit, quod lepide & judiciose Doctissimus WER-
NHERVS (g) scripsit: pro LL. antiquarum & consue-
tudinum receptione disputare idem esse, ac si quis pro ve-
teri Germanorum habitu, braccisque reducendis, acri-

M ter

(g) in Disquisit. p. 23.

ter depugnaret. Aucta est quoque ad instar Dictatoris laudatissimos Juris Consultos quos §. 104. Glossatores vocatas, contra Jura scriptissime ibidem sustines. Quodque Jura Germaniae nova quæ dicis, crassa Minerva accumulaveris, ejus rei argumenta luculenta dixi §. 14. seqq. C. I. & §. 8. C. II. & Praxis Imperii genuina quam ibidem suis coloribus pinxi, perspicuum facit. Atque sic satisfactum §. 104. posse que videri causa perorata. Adhuc tamen in literis Amatoris ad SVAVISSIONVM PECTVS SENCKENBERGIANVM superest argumentum, quod CLERICVS vocat ab invidia datum. Sententiam nostram AVGUSTISSIMAE GENTIS & SACRATISSIMI IMPERATORIS NOSTRI CAROLI VI. cause adversam esse ebuccinat. Vere hic usurpes illud LVCRETII:

O miseras hominum mentes! O pectora cœca!

Renunciatio AMALIAE ELISABETHÆ, & Serenissimarum Archiducum Austriae distant quantum coelum a terra. Illa renunciavit quamdiu masculi superstites fuerint, haec quamdiu ex Sacra Cæsarea Majestate descendentes masculi & foeminae supervixerint, seu ut verba Renunciationum se habent: *Quod quamdiu ex Majestatis Cæsareae Descendentibus proles aliqua sive masculina sive foeminina supervixerit, ullam unquam successionem aut succedendi Jus pretendere nec possint, nec debeant.* Heus tu, partatem cernis! Argo sane oculatior es. Sed nec sic quidem tela pertexta. Successioni in Praefecturam Babenhusanum, quam supra adstruxi, Paetæ de A. 1714. & 1718. hostiliter adversari videntur, cum renunciationem

et q. nullip. D. expre-

expressam contineant. Fac autem renunciationem validam iis Partis inesse. Eadem nil movet. Quoniam enim hac ratione Serenissimus pacifcens CAROLVS HASSIAE LANDGRAVIS piissimæ memoriae renunciando promisit, se ab ista Successione ubi sibi fuerit delata abstinere velle, ante hujus conditionis existentiam vero mortuus, & ipsius Successores jure proprio vi Primogenituræ succedunt; habemus casum similem ei, ubi filia Paternæ hereditati renuncians ante Patrem mortua. Quemadmodum itaque liberi ex ea nati Avo suo defuncto non obstante matris renunciatione succedere possunt, per demonstrata §. 51. Diss. I, ita & SERENISSIMO PRINCIPI WILHELMO non obstante Serenissimi Parentis renunciatione in dictam Præfecturam Jus succedendi competit. At nec valida istiusmodi renunciatio, si quæ facta fuisset. Repugnaret enim individuitati terrarum, Statuto de A. 1375. in æternum introductæ. Successor vero non tenetur præstare, ad quod antecessor valide se non obligavit (*b*). Per nativitatem quoque SERENISSIMI CAROLI descendantibus Serenissimis spes parta: spes autem semel parta jus facit (*i*), quod iisdem a nemine remitti potuit. Taceo renunciationem tantum fingi & contortius concludi ex verbis præter intentionem Serenissimi pacifcentis privatione Documentorum falso persuasi interPLICatis: ut adeo vere in his Partis acciderit, quod acris judicij Juris consultus PERILLUSTRIS Dn. de LVDOLPH observavit (*k*): *ita comparatos*

M 2

(*b*) vid. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. d. 3. c. 10.

(*i*) Grot. L. II. C. VII. §. 28.

(*k*) de Jure Primogen. P. Spec, Aph. XVI. n. 12.

tos esse quandoque, animos hominum & Studia Ministrorum Aulicorum, ut in ineundis Pactis cum altera paciscentium pars cogitata alterius perspicere nequeat, quilibet

Hero suo commodum aliquod verbis qualicunque modo ambiguis, & interpretationi futuræ subjectis reservare studeat.


T A N T V M .



(A) *Act. Regiae apud Regiam Secul. & Reg. 4. 3. c. 10.*

(B) *C. 1. II. C. IV. 4. 38.*

(C) *Act. Regiae apud Regiam Secul. & Reg. 4. 3. c. 10.*



99 A 6963

ULB Halle
002 824 892

3



VDB/17

Retro



DISSESSATIO JVRIDICA,
QVA JVRA GENVINA
DE
**RENVNCIATIONIBVS
FILIARVM,
CLAVSVLIS SVCCESIONIS
RESERVATIVIS, HARVMQVE VALORE
ET
SVCCESIONE HANOICA**
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DN. WILHELMO,
HASSIÆ LANDGRAVIO, RELIQ.
COMPETENTE,
CONTRA IMPVGNATIONES
DOMINI SENCKENBERGII.
AVSPICIS
ACADEMIÆ RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI,
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DN. FRIDERICI,
HASSIÆ LANDGRAVII, RELIQ.
PRÆSIDE
JOH. VLRCICO CRAMERO,
J. V. & PHIL. D. PROF. JVR. ORD.
DIE XXXI. DECEMBR. A. MDCCXXXVI.
PVBLICE IN AUDITORIO JCTORVM VINDICANTVR,
RESPONDENTE
ADAMO FRIDERICO DE KEVDELL,
EQVITE HASSIACO.
—
MARBURGI, TYPIS PHIL. CASIM. MULLERI.